ROWS, John

JOANNIS ROSSI ANTIQUARII WARWICENSIS HISTORIA REGUM ANGLIÆ.

E Codice MS. in Bibliotheca BODLEJANA
deſcripſit, notiſque & indice adornavit

THO. HEARNIUS, A.M. OXONIENSIS.

Accedit

JOANNIS LELANDI
ANTIQUARII
NÆNIA IN MORTEM
HENRICI DUDDELEGI *Equitis*;

Cui præfigitur Teſtimonium de LELANDO amplum & præclarum, hactenus ineditum.

EDITIO SECUNDA.

OXONII,
E THEATRO SHELDONIANO, MDCCXLV.
Impenſis JAC. FLETCHER Bibliop. *Oxon.*
& J. POTE *Etonenſis*.

Editoris Præfatio

Ad Amicum eruditum

Thomam Rawlinſonum, Armigerum:

Virum antiquæ probitatis.

HABES hîc, amiciſſime RAWLINSONE, *Joannis Roſſi*, *Antiquarii Warwicenſis*, *Regum Angliæ Hiſtoriam*, ſive (ut alii) *quatuor Mundi Ætates*. E Codice nimirum MS. qui nuper erat viri reverendi Henrici Jones, Rectoris eccleſiæ de Sunningwell cis Abbingdoniam in agro Bercherienſi. Is autem, una cum aliis, à doctiſſimo FELL'O, epiſcopo Oxonienſi, acceperat. Ut ederem ſuaſerunt cum Scriptoris auctoritas & eruditio, tum etiam Tui ipſius, aliorumque rei antiquariæ ſtudioſorum (Tui ſimilium) exſpectatio. Fecerant ſcilicet ut exſpectaretis reliqua id genus à nobis in lucem prolata opera, mecumque multis verbis egiſtis, ut Auctoribus adhuc ineditis, potius quam editis ſæpiuſque excuſis operam impenderem. Neque difficulter morem geſſi; utpote qui è re litteraria magis eſſe perſpicue cernerem. Proinde, aliis negotiis ſepoſitis, operi manum ſerio admovi; eo tamen conſilio, ut ſexaginta tantummodo excuderentur exemplaria. Nam ita poſtulabat ratio, ne

forſitan deficerent facultates hiſce difficillimis temporibus, quibus hominum ingenia ad invidiam & malitiam ſunt proniora, quam ad æquitatem & juſtitiam.

CODEX noſter, qui eſt admodum recens, è Codice Cottoniano primum fuit deſcriptus (à Radulpho Jenninges, harum rerum, ſi quis alius, peritiſſimo [1],) deinde cum alio Codice in bibliotheca Collegii Corporis Chriſti Cantabrigiæ collatus. At Codex iſte Cantabrigienſis Cottoniano videtur eſſe recentior, quippe qui viri cl. Matthæi Parkeri, archiepiſcopi Cantuarienſis, cura exſcriptus fuerit, ut me docuit vir integerrimus & eruditiſſimus, cujus amicitiam plurimi facio, THOMAS BAKERUS, S. T. B. è Collegio D. Jo. Evang. Cantabrigiæ. Proinde in hac noſtra Editione litteræ *C. C.* Codicis Cantabrigienſis varietates denotant, littera *M.* ejuſdem Codicis notas marginales; quas poſteriores ad oram libri exteriorem deſignavimus. Primo vero intuitu videbis harum varietatum nonnullas eſſe futiles & nullius pene momenti, alias corruptas & deformatas; ne quid dicam de lectionibus quibuſdam ipſius textus Cottoniani. Quas tamen omnes retinere placuit, ut fides noſtra Tibi aliiſque eruditis & prudentibus viris etiam in hiſce rebus levioribus manifeſta eſſet. Quid quod & iſtæ minutiæ Caio Twynoque magno fuerint ſubſidio?

VITAM Auctoris non eſt quod ipſe litteris conſignem. Eam enim jam olim contexuerunt Scriptores illuſtres, è quibus proinde præfigen-

1. Peritiæ & induſtriæ ſpecimen admirandum exhibuit in Editione *X. Scriptorum* Twyſdeniana.

dam

dam duxi. At è Collegio Balliolensi in Academia Oxoniensi nostrum fuisse neque docuit Lelandus, neque Baleus, neque Pitseus. Et tamen ita se rem habuisse vel inde intelligimus, quod virum summæ eruditionis, nec minoris fidei erga Principem, (quem & velim recentiores imitentur) JOANNEM TIPTOFTUM, comitem Vigorniensem, in eodem quo & ipse sodalitio litteris bonis institutum fuisse hac in historia, quam edimus, docuerit [1]. TIPTOFTUM vero in Collegio Balliolensi studiis incubuisse cum è Baleo Pitseoque, tum & è Woodio elicimus. Pitseus etiam observavit Historiam quandam, in Collegio Benedicti apud Cantabrigienses adservatam, concinnasse Rossum; quam à nostra non aliam fuisse censeo. Miror autem ejusdem itidem mentionem neque fecisse Lelandum neque Baleum. Quam quidem omissionem quoad Baleum ob oculos quoque habuit cl. Twynus in Apologia. Qui proinde librum de Academiis, cujus meminit Baleus, eundem cum nostro fuisse conjicit. Minus tamen recte, ut mihi videtur. Quamvis enim multa hoc in opere de Academiis narrentur, longe tamen pauciora sunt quam ut hujusmodi inscriptione insigniatur totum opus. Nisi forte quis putet, Baleum eas tantummodo schedulas hujus operis vidisse in quibus de Academiis agitur, indeque de Academiis inscripsisse, perinde quasi opus fuisset perfectum atque absolutum. Quid quod & ex Appendice, à nobis divulgata, ad Lelandi Itinerarii Vol. IV. opus plane distinctum fuisse liqueat? Plura ibi leguntur ex tractatu de Academiis excerpta, quæ frustra hoc in opere quæsiveris.

1. Pag. 5.

ſiveris. Ceterum utcunque hæc ſeſe habeant, id certiſſimum eſt, cl. ALLENUM tractatum de Academiis & librum de Regibus opera fuiſſe diſtincta exiſtimaſſe. Hinc eſt, quod notam hancce ſcripſerit in Balei vitam Roſſi: *Scripſit* [Roſſus] *lib. de regibus Angliæ & contra deſtructiones villarum. Sic incipit:* Cum ad celſitudinem regiam. *Ubi etiam multa de Academiis Britannicis tractantur. Libri intitulatio Henrico ſeptimo.* Hanc notam habes ad calcem noni Vol. Itinerarii Lelandi. Ubi & alia id genus ALLENI occurrunt. Quod ſi pro uno eodemque libro habuiſſet, non dubito quin illud lectoribus aperte ſignificaſſet. Adeo ut pro certo nunc concludamus, libros iſtos inter ſe invicem diſcrepaſſe, neque argumenta ſatis valida attuliſſe Twynum, cur opinionem ſuam amplectamur. Utinam æque eſſet exploratum, an re vera itidem Hiſtoria noſtra à Roſſi *Verovico* ſit diſtinguenda. Chronicon quidem hoc titulo inſignitum compoſuiſſe Roſſum aſſerit Lelandus; nulla interim ratione prolata cur Chronicon, quod commemorat, ab Hiſtoria non eſſe diverſum ſuſpicemur.

SI rogetur, quid de Auctoris verbis ad utramque Academiam ſpectantibus ſentiam, illud repono, me controverſiam de utriuſque antiquitate in medium denuo proferre in animo non habere. Valeant Oxonienſium argumenta quantum valere poſſunt. Suam itidem vim habeant Cantabrigienſium ratiocinia. Optandumque eſt, ut cl. BAKERUS ſua quoque Collectanea de Antiquitatibus Cantabrigienſibus juris faciat publici. quippe qui eruditione ſumma judicioque

que acri & ſubacto polleat. Ad nos in præſentia potius pertinent Auctoris obſervationes de Mempricio. Illum urbis Oxonienſis fundatorem fuiſſe diſerte aſſerit. Idque etiam è vetuſtis, quæ conſuluerat legeratque, monumentis. Et quidem apud omnes in confeſſo eſt, longe antiquiſſimam eſſe civitatem Oxonienſem. Neque rationem ullam video quæ obſtet quo minus concedamus veritati conſonam eſſe opinionem de Mempricio. Moribus feris præditus erat, ſtudioque venandi omnino deditus. Et quemnam locum aſſignare poſſimus ad hocce ſtudium magis accommodatum quam Oxonium? Sylvis referta fuit tota regio, lupiſque aliiſque belluis immanibus ac indomitis obſeſſa. Hinc **Wolvertot** viculus nomen duxit à lupis, à quibus & ipſe Mempricius fuit occiſus. Ita Roſſus noſter. Scilicet ut idem ſit quod **Wolvescot**, littera *ſ* in *r* mutata, ut in linguą Anglo-Saxonica evenire ſolebat. Et tamen locum quo mortem obiit Mempricius **Wolvertot** fuiſſe appellatum Codex tantummodo commemorat Cantabrigienſis, non item Cottonianus. At non deſunt argumenta quæ Codicem firment Cantabrigienſem. Miror proinde alios à ſylva potius originem nominis ducendam eſſe arbitrari, nimirum à **Wlgar coit**, quod idem valere atque *Wlgari ſylvam* aiunt. In quibus & ipſe erat cl. Twynus [1]. Equidem fateor, fontem nunc temporis conſpici quem *Ariſtotelis fontem*, ſive **Aristotle's well**, vulgo vocant. Et hunc forte antiquitus *Wlgari ſylvæ fontem*, ſive **Wlgar coit well**, vocatum fuiſſe dicent. Metuo vero an ita recte. Utinam auctores qui ſenten-

1. Apol. p. 123.

ſententiam ſtabiliant antiquiſſimi in promptu eſſent. Eſt & alius fons paullo auſtralior, qui *Waltoni fons*, ſive Walton well, vulgo audit. Hunc alio antiquiorem eſſe puto. Cur non igitur ab iſto potius (ſi modo à ſylva, non à lupis, etymologia ſit petenda) quam ab altero nomen ſumpſerit? Nimirum ut Wlgarus, quicunque demum is fuerit, Walton viculum condiderit, vel ſaltem eidem evaſerit beneficus, privilegiaque aliquot in eundem contulerit, iſteque fons non tantum in uſum incolarum ceſſerit, verum etiam viculi conditoris retinuerit nomen. Atqui plane omnia ſunt obſcura, conjecturiſque valde incertis fulta. Nec è vetuſtate, uti ſane puto, emanarunt, ſed ex fabulis vulgi anilibus. Walton viculus proculdubio inſignis olim erat, mihique videtur huc uſque urbis Oxonienſis veteris mœnia pertigiſſe. Inde, ni fallor, nomen. Sed nunc totus periit, & vix ulla ejuſdem remanent veſtigia. Evanuit item eccleſia, quæ hîc aliquando ſita erat. Recte igitur in villarum eccleſiarumque dirutores acriter invehitur Auctor, è quarum certe numero hæc eſt de qua diximus villa. Nam mea ſententia fert, eam una cum eccleſia ab hoſtibus excidio datam fuiſſe, idque etiam ante Edoardi primi tempora. Nihil enim de eccleſia hacce in *Beneficiorum Valore*, ipſo regnante confecto. Itaque non eſt mirandum nullas hîc loci corporum humanorum inveniri reliquias, quum tamen ædificia pariter atque cœmiterium hiſce in campis quondam exſtitiſſe ſatis evincat ſoli color. Atque inde mihi in mentem venit Oxonii veteris fatum deplorandum.

dum. Penitus nimirum excidit, jamque terram qua exſtructa fuerat quotidie aratris proſcindunt agricolæ. Longe plures quam nunc temporis viſuntur OXONII eccleſias Parochiales ante aliquot ſecula deprehenſas fuiſſe ex Lelando [1] diſcimus. Neque deſunt alia optimæ notæ teſtimonia quæ adſtipulentur. S. Mildredæ eccleſiæ, nunc dirutæ, mentionem in libro BODLEJANO pervetuſto Statutorum Academiæ veterum (libris Procuratoriis in Scholarum turri reconditis multo antiquiore) diſertam atque dilucidam invenimus. Ita enim illic, (verbis iſtis, viz. *De modo tenendi Veſperias in Medicina*, è regione ad oram Codicis collocatis:) "Quia "Veſperiæ Artiſtarum & Medicorum concur-"rentes inpediunt ſe mutuo, ſtatutum eſt quod "Veſperiæ Medicorum in ſcolis propriis tene-"antur, & quod doctores arguant in eiſdem "ſicud in aliis facultatibus eſt hactenus obſer-"vatum, ita tamen quod non concurrant cum "Artiſtis in Veſperiis tenendis, ſed in eccleſia "S. Mildredæ teneantur intereſſe in Veſperiis "omnibus Artiſtarum." Et hunc locum è Statutis eo lubentius extraxi, quod lectu omnino ſit dignus; utpote è quo ediſcimus priſtinis ſeculis magiſtratus Academiæ diligentiam ſummam adhibuiſſe ne exercitia Academica & litteraria perfunctorie præſtarentur, idque etiam Veſperiarum atque Comitiorum tempore, quæ hiſce antiquis temporibus quotannis fuerint celebrata, (ſecus atque nunc dierum fieri ſolet,) in æternam Academiæ laudem. Poſſem & aliarum veterum eccleſiarum Parochialium nomina

1. Itin. Vol. VIII. Edit. Nov. p. 103.

hac occaſione oblata recenſere. Sed de illis commodius tractabitur in Civitatis Oxonienſis Antiquitatibus, ſi modo quiſpiam, quem nominis fama & litterarum antiquitatiſque ſcientia magnopere commendant, aggreſſus fuerit. Illud certe mihi exploratum eſt, hujuſmodi eccleſiarum rudera ſæpiſſime apparere. Ut taceam de eccleſiis cœnobialibus, quæ & hîc multæ, pro loci dignitate & amœnitate, conſpiciebantur. Sed iſtæ omnes dirutæ ſunt, (parte ſolummodo dempta eccleſiæ Prioratus S. Frediſwidæ) Henrici Octavi, principis ambitioſi & avari, aliorumque hominum ſacrilegorum juſſu ac imperio. Adeo ut hac ipſa de cauſſa, uti etiam alias ob rationes, Tabulam urbis Oxonienſis, à Radulpho Agaſo regnante Elizabetha editam [1], paucis abhinc annis mira cum voluptate conſuluerim, mihi monſtrante (nam nunc rariſſima eſt) Viro quodam clariſſimo Oxonienſi. Haud pauca enim in ea oculis obtulerunt, nunc plane deperdita. Neque proinde minorem jucunditatem præbent Thomæ Neli collegiorum & Scholarum publicarum icones à me nuper in lucem prolatæ è Codice MS. Bodlejano, ad finem ſcilicet cl. Dodwelli de Parma Equeſtri Woodwardiana Diſſertationis, meis ſumptibus impreſſæ. Quod ſi iſta tam jucunda ſint, quid de tabula antiquiori cenſendum, quam ſibi comparaverat cl. Woodius, Henrico VII. regnante ligno inciſa, & omnibus palam facta; cujus tamen exemplar nondum videre contigit? De ea tamen non ſemel locutus eſt doctiſſimus Dodwellus, cui

1. A. D. 1578. Vide Athen Oxon. Vol. I. col. 199.

oſtenderat

oſtenderat Woodius. Et quidem ejuſdem notitiam DODWELLO debeo. Hujus adminiculo, ut opinor, Parochiæ D. Joannis Baptiſtæ limites accurate diſtinxit Woodius in Perambulatione quadam Parochianorum annua; de qua diſtinctione frequenter me audiente diſſeruit vir eruditus, optimus, & permodeſtus, & in re Botannica verſatiſſimus RICHARDUS DYER, A. M. collegii Orielenſis ſocius, quem amicitiæ & honoris cauſſa nomino. Utinam in manus cujuſdam rei antiquariæ periti incideret, ut tandem aliquando recuderetur. Quidni item hortemur eruditos Agaſi Tabulæ Editioni novæ favere, quam Oxonienſes nonnulli, ut fertur, meditantur? Certe diu abhinc iſtiuſmodi Editio prodiiſſet, ſi modo Viri cujuſdam clariſſimi amiciſſimas admonitiones ſecutus fuiſſet Woodius. Sed fruſtra ſuaſit Vir clariſſimus, qui Editionis impenſas in ſe ſuſcipere inſtituerat, nec quid aliud à Woodio petiit, quam ut ſuis neſcio quibus obſervationibus illuſtraret.

DE epiſcopis Vigornienſibus librum concinnaſſe Roſſum ex Appendice prædicta ad quartum Volumen Itinerarii Lelandi intelligimus; ubi & ejuſdem edita ſunt fragmenta egregia. Forſitan etiam inde ea quæ de epiſcopis Vigornienſibus obſervavit in Collectaneis ſuis Lelandus fuerint hauſta. Meminerunt item alii. Nec alius eſt ab eo quem alibi [1] de epiſcopis Wiccenſibus ſcripſiſſe Roſſum memoriæ prodidit Lelandus. Sed ubinam nunc integrum exſtet opus non liquet. Metuo tamen ne una cum bibliotheca, quam Warwici condidit li-

1. In Com. de Script. Brit.

brisque instruxit Rossus, perierit. Certe cl. Whartonus nancisci non potuit; quo tamen nemo his in rebus erat diligentior, id quod ex *Anglia Sacra* manifestissimum est, opere sane spisso & immortali, licet contempserit orator ille Sarisburiensis malo publico raucus & ingeniosus, nimisque notus omnibus, qui nuper ad plures abiit.

Hæc quum ita sese habeant, mirari subit cur Woodius noster adfirmarit ne tantillum quidem nunc Rossi operum superesse præter Chronicon, quod hîc damus, & librum de Comitibus Warwicensibus. Quin & eo magis mirandum videtur, quod Woodius, si quis alius, assiduus esset in bibliothecarum forulis rimandis, & in operibus Lelandi (apud quem jam supra vidimus lacinias è Rossi libris de Academiis Britannicis & de episcopis Vigorniensibus conservari) pervolvendis. Hoc liquet cum ex Antiquitatibus & Athenis Oxoniensibus, tum è Diario ipsius, cujus fragmentum non ita pridem divulgavi [1]. Neque dubito quin & aliarum etiam Rossi lucubrationum (in quibus & liber de jure regum Angliæ ad Scotiæ regnum est numerandus [2]) reliquiæ in lucem sint prodituræ, si modo ad omnes nostras bibliothecas, tam privatas quam publicas, ille pateret aditus quem exoptant & desiderant eruditi. Itaque oro & obtestor Te aliosque, quotquot studio antiquitatis flagrant, ut in Rossi operibus à tenebris vindicandis non leviorem curam & diligentiam adhibeatis, quam ipse usus fuit in chro-

1. Ad initium primi Vol. Lelandi Coll. 2. Vide Historiam hanc Angliæ regum, p. 190.

nicis

nicis aliisque rebus vetustatem præ se ferentibus conservandis. Illa autem quanta fuerit, partim è testimoniis infra subjiciendis, partim ex ipsius Rossi verbis hoc in opere legendis clarum erit. Historiæ veteres haud paucæ sua ætate exstabant variis in bibliothecis reconditæ, nunc vero vel plane deperditæ, vel tineis blattisque consumptæ & exesæ. Ad rem suam mire facere istas qualescunque Historias vidit vir sagax & eximius. Hinc varia itinera fecit in partes etiam ab ædibus remotas, ut eas inspiceret omniaque quæ ad institutum aliquo modo pertinerent exscriberet. Inde est quod notet [1], se in Northwalliam & insulam Angleseiæ profectum fuisse, impensis nimirum hominum illustrium, qui Rossum magni æstimabant, eo majori honore cumulandum esse judicantes, quod linguam Cambro-Britannicam forsitan calleret. Sed unde tanti pretii monumenta in istis regni partibus adservari acceperat? Haud dubie vel à monachis, vel ab aliis viris fide dignis & exceptione majoribus, vel saltem è libris præclaræ notæ collegerat. Neque illud mirandum est, quum & hodie etiam de patria sua mira referant Walli, sæpiusque etiam cum Chronica tum & chartas antiquitate sua venerandas proferant, è quibus historiæ veteres non parum illustrantur. Immo non raro ea complectuntur hæcce monumenta quæ nobis aliter essent prorsus incognita, uti me præsente in magno Amicorum cœtu ostendit vir cl. EDVARDUS LHUYDIUS, magno reipublicæ litterariæ damno paucis abhinc annis morte immatura abreptus. Quisquamne igitur est qui negabit frustra

1. Pag. 54.

frustra in Walliam pedes conferre eruditos, ac si terra esset inculta, barbarieque sua & feritate tantummodo notanda, neque ulla pene eruditionis & humanitatis in ea comparerent vestigia? Quisquamne inquam id inficias ibit, qui LHUYDII Collectanea Codicesque MSS. adspexerit, è quibus Historiam absolutam totius gentis Wallicæ pertexere constituerat vir præstantissimus? Utinam alius quispiam susciperet. Profecto rem faceret doctis omnibus, totique Britanniæ gratissimam; deque LHUYDII item Manibus tali opere optime mereretur. Specimen quidem ipse nobis exhibuit LHUYDIUS in Camdeni Editione Gibsoniana. Sed paucula continet illud si cum Collectaneis conferatur, quæ nuper non tantum vidi, sed & pervolvi, vixque credas qua voluptate, qua lætitia animum perfuderint, ea præcipue quæ Latina vernaculaque concipiuntur lingua. nam sermonis Hybernici & Cambro-Britannici me ignarum esse palam profiteor. Tam multa, tamque eximia in illis comprehenduntur, ut vel ætatem in coacervandis consumpsisse non unum hominem, sed etiam plures facile conjiceres. Itaque magnopere sum lætatus, quum hæc scribens ab Amico accepissem ea omnia (si modo non coëmerit Academia) in manus esse perventura prænobilis D^{ni}. D^{ni}. THOMÆ SEBRIGHT Baronetti, juvenis probi, ingenioque, modestia, & eruditione etiam ornati, cujus exemplo alii de patria bonisque litteris bene mereri pergent, veramque laudem non in verborum honore, sed in Dei proximique amore, atque in una virtute constituere.

CETE-

CETERUM objiciet non nemo ea quæ retulimus peregiſſe Roſſum non ingenio & naturæ vi ductum, ſed ſpe lucri coactum, & ut viros aliquot nobiliores & fortunæ ſplendidioris ſibi devinciret. Verum hæc objectio in nihilum recidet, ſi conſideretur Roſſum divitias & gloriam devitaſſe, vitamque privatam & rectam conſcientiam honoribus etiam ſummis prætuliſſe. Quid quod & ex ipſa Hiſtoria conſtet, eum jam juvenem OXONIÆ commorantem bibliothecas Academiæ perluſtraſſe, & è chronicis & authenticis fideque ſumma dignis monumentis quæcunque reperire ſibi licuit ad antiquitates utriuſque Academiæ ſpectantia in unum collegiſſe? Inde nota illa ad pag. 100. de Chronica Oſneienſi. Inde item illa quæ paſſim hoc in libro occurrunt de Academiis. Eo item illa ſunt referenda quæ non è libris didicerat, ſed propriis oculis obſervarat, quippe quæ acciderant dum ipſe OXONIÆ degeret. Hinc liquet eandem methodum ſibi propoſuiſſe Roſſum, qua & antiquarii recentiores uſi ſunt inſignes. Id quod alibi innui, ad principium nimirum Diſſertationis de antiquitatibus aliquot Oxonienſibus, in ſecundo Volumine Itinerarii Lelandi excuſæ. Adeo ut non poſſim quin putem Roſſum ipſius Lelandi fuiſſe quam ſimillimum, ea tamen differentia, ut Lelandus doctrina eloquentiaque illum longe ſuperarit, quippe cui, litteris elegantioribus jam denuo renatis florenti, ſcriptores Græci & Romani (qui criticorum celeberrimorum ſtudio erepti vetuſtate atque hominum inſcitia, veterem ſuum ſplendorem ac nitorem recuperarant) magis eſſent familiares.

Itaque

Itaque cl. Galeus ad initium Codicis Cottoniani (ut me docuit Amicus egregius & ingeniosus JACOBUS SOTHEBEIUS, Junior, Londinensis) recte monuit, Rossum *dignum esse qui legatur*, *non propter seipsum*, *sed propter eos*, *quorum fragmenta conservavit*; styli inelegantiam ob oculos habens æque ac observationes è multis optimæ notæ Auctoribus magna cum diligentia selectas. Huc quoque spectant notæ de Academiis in quarto Volumine Itinerarii Lelandi, quas quum OXONIÆ in Collegio Balliolensi adolescens vitam ageret in pugillaribus primum notasse arbitror, deinde jam annis maturum otioque Warwici fruentem libro quem de Academiis contexuerat propria manu inseruisse.

DOLET, mehercule, non plures comparere iconas virorum illustrium qui pristinis seculis in Britannia nostra vixerunt. Siquidem hisce adspectis multi ad eorum virtutes imitandas incitarentur; indocti præcipue, qui quæ de illis traduntur scriptis non intelligunt, nisi quispiam forte fortuna explicet. Hinc factum quod tot icones cernantur in prima Hollinshedi editione, uti etiam in Foxii Martyrologio aliisque à variis auctoribus conscriptis libris. Hinc etiam tot picturæ in ecclesiis veteribus. Hinc quoque tot Harlemi & Moguntiæ impressæ mox post artem typographicam inventam. In usum scilicet vulgi, qui frequenti earundem conspectu ad bonas & laudabiles actiones incenderentur. Verum hæ picturæ ad nostrum institutum parum faciunt. Earum enim paucissimæ viros accurate repræsentant quorum ferunt nomina. Quippe quæ vel Pictorum

phan-

phantaſiæ ortum debuerint, vel ſaltem ab imperitis Pictoribus fuerint delineatæ. Illud proinde eſt quod velim, raro nempe cerni virorum qui olim apud nos claruerunt effigies ad vivum depictas & expreſſas. Quod vel illorum modeſtiæ, vel temporis injuriæ, vel artificum paucitati adſcribendum videtur. Veriſimillimum eſt Lelandum, modeſtia ductum, vetuiſſe ne quiſpiam ſuam effigiem depingeret. Quod ſi verum ſit, eos falli probabit qui Lelandum de ingenio ſuo & doctrina ſuperbiiſſe fidenter aſſerunt. E contra humillimum fuiſſe arguet, & re vera bonum. Incredibile eſt quam ſollicitus nuper fuerim de ipſius effigie, quantaque cum diligentia eam quæſiverim. Certe non aliam ob cauſſam effigies omnes in galeria BODLEJANA in adverſariis denotavi, Amicoque communicavi, qui juris fecit publici. Eum, inquam, in finem illud quicquid eſt laboris ſubii, ut Lelandi, ſi fieri poſſet, effigiem mihi compararem. Sed oleum operamque perdidi; etſi non diffitendum eſt, multas in galeria BODLEJANA exſtare iconas haud alibi deprehendendas. Adeo ut non poſſim quin bibliothecæ BODLEJANÆ Curatores laudem, qui pictori Academico in mandatis dederunt, ut veteres effigies renovet nitorique priſtino reſtituat; quippe quas eo pluris æſtimandas eſſe cenſeo, quod eas in galeria depingendas juſſerit ipſe BODLEJUS, Loci Genius. Verum enimvero quamvis ob cauſſas prædictas tam paucæ exſtent virorum illuſtrium effigies, tamen beatos nos eſſe exiſtimo quod Roſſi noſtri adhuc ſervetur icon accuratiſſima, in DUGDALII ſcilicet opere immortali & Herculeo de

Antiquitatibus comitatus Warwicensis. E quo proinde & nobis visum est inserere, una cum Guidonis, comitis illius insignissimi Warwicensis, clyvique quo degebat figuris. DUGDALIUS usus est opera chalcographi celeberrimi Wincеslai Hollari (non Guilielmi Hallyer, ut in Epistola BIGFORDIANA[1]) gratusque agnoscit typum æri fuisse incisum sumptibus Antiquarii doctissimi ELIÆ ASHMOLII. Nos vero, ut id ingenue fatear, chalcographum Academicum adhibuimus, & denuo cœlari curavimus portiuncula pecuniarum quas Fratres clarissimi, omniumque bonarum litterarum Mæcenates summi, SAMUEL & RICHARDUS MEAD, nobis tenuitate fortunæ laborantibus, ipsisque quasi ignotis, perbenigne sunt largiti. Propter quam benevolentiam rogo, Amice pererudite, ut gratias viris illis, in quibus tot plane cernuntur ingenii, animi, virtutis, doctrinæ ornamenta quantas concipere licet meo nomine agas. Sed redeo ad Rossi effigiem. Non est cur suspicemur fictitiam esse, & à manu aliena, quum DUGDALIUS certiores nos fecerit, ab ipso Rosso fuisse depictam. Adeo ut hinc etiam liqueat Rossum in arte pictoria pariter atque historica excelluisse. Nam summa apparet elegantia hac in pictura; nec à prototypo discessisse Hollarum ipsum DUGDALIUM habemus testem. Ceterum non deerunt sine dubio nonnulli qui Rossum vel de vanitate, vel de immodestia accusabunt, eo quod nobis hanc picturam sui ipsius proprio penicillo exhibuerit. Sed injuste, ut opinor. Existimo enim hoc fecisse invitum, ut placeret Viro illi

1. Ad initium primi Vol. Coll. Lelandi, p. LXXXIII.

magno

magno ac potenti in cujus gratiam hiſtoriam de comitibus contexuerat, qui ab ipſo obnixe rogarat. Vehementer ſcilicet Roſſi operibus delectabatur, voluitque proinde ut effigies etiam ad initium hujus egregii tractatus compareret. Eo modo quo & veteres melioris notæ libris effigiem ſcriptoris ſæpenumero præfigebant. Haud alia de cauſſa ita ſcripſit Martialis [1]:

Quam brevis immenſum cepit membrana Maronem?
Ipſius vultus prima tabella gerit.

Huc ſpectat effigies Terentii, quam in volumine quodam Collectaneorum [2] deſcripſi è Codice Terentii calamo exarato A. D. 1424. & in Bibliotheca BODLEJANA repoſito. Huc item Chauceri effigies. Verum de ea agant Lucubrationum URRIANARUM Editores. Sufficit, ſi veriſimile videatur (ut ſane mihi eſt veriſimillimum) Amicum illuſtrem Roſſi effigiem efflagitaſſe, precibuſque importunis tandem impetraſſe; in hoc quoque ab antiquioribus non diſcedentem, qui & ipſi maximæ notæ auctorum effigies quovis pretio ſibi comparabant, & non raro impenſe petebant, ut poteſtas ſibi concederetur artifices qui ad vivum repræſentarent propriis ſumptibus conducendi, qua poteſtate conceſſa nonnunquam in annulis ſignatoriis exhibebant, quibus proinde uſi ſunt in litteris ad amicos alioſque datis obſignandis. Exempla ſatis frequentia hodie etiam exſtant. Quem tamen morem non ſemper valuiſſe vel inde intelligendum eſt, quod aperte conſtet homines vetuſtiſſimos ſignaſſe lignis à vermibus corroſis,

1. Lib. XIV. Epigr. 185. 2. Vol. Coll. meorum XXXIV. p. 98.

eo quod multis punctis essent distincta. Hinc Tzetzes ad Lycophr. v. 508. *Πρὶν δὲ ῥεθῆναι τὰς σφραγῖδας, οἱ παλαιοὶ ἐσφράγιζον ξύλοις ὑπὸ θριπῶν βεβρωμένοις, διὰ τὸ αὐτὰ πολυκέντητα εἶναι.*

Præter nostrum, fuit alius, longe recentior, Joannes Rossus Interioris Templi Londini Socius. Hujus mentionem primum inveni in Catalogo librorum impressorum viri cl. Richardi Smithi (qui ad cl. Hammondum de Christi ad Inferos descensu scripsit) Londini divenditorum A. D. 1682. Deinde in alio Catalogo perutili & methodo accuratissima concinnato, libros selectos in muséo ejusdem Smithi (qui propria conscripsit manu, multisque pereruditis notis decoravit) continente. Hunc posteriorem Catalogum mutuo sumpsi à doctissimo Præsule Elyensi, Guilielmo Fleetwodio, studiorum nostrorum fautore benevolo. Ex utroque Catalogo manifestum est Rossum huncce carmen historicum panxisse inscriptum, *Britannica usque Saxonicum imperium.* Prodiit Francofurti A. D. 1607. in 8vo. Exemplar impressum nondum vidi. Sed autographon bibliothecæ Bodlejanæ nuperrime donavit cl. Whistonus. Inde liquet Auctórem in rebus nostris non mediocriter fuisse versatum. Ad calcem occurrunt Notæ perquam eruditæ, sed in quibus ne γρῦ quidem ad rem nostram.

Hæc de opere & Auctore præfanda duxi. Scias tamen velim huc etiam accedere Appendiculam satis egregiam, Lelandi Encomium Henrici Duddelegi Equitis, una cum testimonio de Lelando amplo & præclaro, continentem. Hanc ad me transmisit vir pereruditus Thomas

Bake-

BAKERUS, quem ſupra commemoravi, Cantabrigienſis.

PRIUSQUAM concludam de alia re breviter dicendum. Vicem noſtram proculdubio dolebis ſi forſitan ad aures tuas retulerit fama, me non tantum Archetypographi [1] beneficio, quo ab Academiæ OXONIENSIS Convocatione, plaudentibus eruditis, perhonorifice ornatus fueram, cuique Bedelli Superioris in Jure Civili [2] munus inſeparabiliter annexum eſt, ſpoliari, verum etiam à conſuetudine bonarum litterarum in Bibliotheca BOLEJANA pene ſejungi & excludi. Sed bono es animo, mi Amice, & memento Deum eſſe qui mundum regit. Quod ſive *hic* ſive *ille* fecerit id plane non eſt tribuendum vel Academiæ vel Convocationi. Neque re vera ulla ratio eſt cur ipſa graviter luat Academia quod aliena culpa contractum eſt. Ergo tam Academiæ quam etiam Convocationi gratiam habeo, ſemperque ſum habiturus, ut debeo, maximam. Juxta mecum quoque fateberis contra noſtram voluntatem contigiſſe quod quiſquam è noſtris vel male audiat, vel maledictis proſcindatur. Nunc demum in receſſu litterario mihi vivam, ſolutus fere ab omni cura. Immo Deo vivam, ſpretis divitiis, & gloria illa, quam falſa prorſus, & inanis honorum ſpecies oſtentat. A Fortuna adeo non eſt pendendum, ut ipſam etiam contemnant ſapientes. Horum exempla mihi pro-

1. De quo hæc, inter alia, in Statutis Academicis, Tit. XVIII. Sect. V. --- *præſenti Statuto cautum eſto, quod publicæ Univerſitatis Typographia, inſtruendæ in Domo aliqua huic uſui ſpecialiter deputatæ, præficiatur Archetypographus unus, vir Græcis Latiniſque literis probe inſtructus, & in Studiis Philologicis verſatiſſimus,* &c. 2. *Perpetuo in poſterum annectendum fore præſenti Statuto cautum eſto* ſunt ipſiſſima Statuti verba.

ponenda

ponenda eſſe duxi. Quamvis igitur Fortuna omnia eripuerit quæ bona appellare vulgus ſolet, ea tamen nunquam adimet, quæ nec ipſa dedit, nec cuiquam dare poteſt, rectam mentem, fidem obſtinatam, optima ſtudia, pietatem in Deum patriamque. Vides, Vir cl. ſecundum noſtram opinionem (qua in ſententia etiam cupio omnes alios eſſe) ſtudia litteraria divino cum amore eſſe conjungenda; quippe ſine quo nulla lætitia, nulla poſſit eſſe vera felicitas. Bona igitur fama (ad quam pervenire omnes vehementer expetunt) non in opibus aut magiſtratibus, principumve aulis ac palatiis quærenda eſt, ſed à rectis cogitationibus, honeſtis laboribus, ſtudioque & exercitatione virtutis re vera eſt exſpectanda. Hæc iterum iterumque ſecum cogitent juvenes, memoreſque ſint corporis ac fortunæ dotes cito evaneſcere & exſtingui, & plerumque irritamenta eſſe nequitiæ, gloriam vero è virtute ortam perpetuo eſſe manſuram, nominaque ab interitu vindicaturam.

Floreat Eccleſia Anglicana, floreat Academia Oxoniensis, floreant bonæ litteræ, reſipiſcant Adverſarii. Vale, mi Amice, & da operam ut illa ornamenta referas in patriam, quæ nulla vis fortunæ, nulla temporum mutatio auferre poſſit. Volui hoc amoris ac obſervantiæ teſtimonium apud te relinquere. Sordidi & peranguſti eſt animi ea non publice agnoſcere quæ acceperim, ideoque de liberali & prolixa tua erga me voluntate gratias habeo, eamque inter ſumma beneficia collocandam puto. Iterum vale, & macte tua virtute & integritate. Ex Aula Edmundi Febr. Imo. A. D. MDCCXV.

TESTIMONIA

DE

JOANNE ROSSO,

Cum Obſervationibus de GUY'S-CLIFFE.

Leland's Itinerary, Vol. IV. *p. 61. in the Account of thoſe that are buried in the Body of our Lady Church in* Warwick.

JOhannes Rous, *Capellanus Cantuariæ de* Guy-cliffe, *qui ſuper porticum auſtralem* [1] *librariarum conſtruxit, & libris ornavit. Obiit* 24. Jan. 1491. This *Rous* was well learned in thoſe dayes in *Matheſi,* and was a great Hiſtoriographer, borne (as it is ſuppoſed) of the Houſe of the *Rouſes* of *Ragley* by *Aulceſter.*

Ibid. p. 63.

There is a right goodly Chappell of St. *Mary Magdalene* upon *Avon* River, *ripa dextra,* ſcant a Mile above *Warwike.* This place of ſome is called *Gibclife,* of ſome *Guy-cliffe*; and ould Fame remaineth with the People there, that *Guido* E. of *Warwike* in K. *Athelſton*'s Dayes had a great Devotion to this Place, and made an Oratory there. Some adde unto it, that after he had done great Victories in outward Parts, and had beene ſoe long abſent, that he was thought to have beene dead, he came and livid in this place like an Heremite, unknowen to his Wife *Felice,* untill at the Article of his Death he ſhewed what he was. Men ſhewe a Cave there in a Rocke hard on *Avon* Ripe, where they ſay that he uſed to ſleepe. Men alſoe yet ſhewe fayre Springes in a fayre Meadowe thereby, where they ſaye E. *Guido* was wont to drinke.

1. *Lege,* librariam.

This

This Place had before the time of *Rich.* E. of *Warwike* onely a ſmall Chappell and a Cottage wherein an Heremite dwelt.

Earle *Rich.* bearinge a great Devotion to the place made there a goodly new Chappell, dedicate to St. *Mary Magdalene*, and founded 2. Chauntery Preiſts there to ſerve God. He ſett up there an Image of E. *Guido* Gyant like, and encloſed the Sylver Welles in the Meadowe with pure white ſlicke Stones like Marble, and there ſett up a praty Houſe open like a Cage covered, onely to keepe Comers thither from the Raine. He alſo made there a pretty Houſe of Stone for the Chauntery Preiſts by the Chappell. The Lands that he gave to it lye about the Houſe. It is a Houſe of Pleaſure, a Place meet for the Muſes. There is Sylence, a praty Wood, *antra in vivo ſaxo*, the River rouling over the Stones with a praty Noyſe, *nemuſculum ibidem opacum, fontes liquidi & [1] jemnei, prata florida, antra muſcoſa, rivi levis & per ſaxa [2] diſcurſus, necnon ſolitudo & quies [3] multis amiciſſima.*

Leland's Itin. Vol. IX. *p. 76. in Comm. nimirum in Cygneam Cantionem.*

Secutus eſt & Roſſus Verovicanus, vir majoris longe diligentiæ quam judicii, hanc qualemcunque de Scholarum tranſlatione [Belloſitum ſcil. à Græcolada & Lechelada.]

E Joannis Lelandi Com. de Scriptoribus Brit. p. 343. *MS. ſed pag.* 473. *Edit. impreſſæ.*

Joannes Roſſus, aut, ſi mavis, Rufus, quem patria lingua Rowſe vocant, [4] Verovici, [5] urbe magnæ olim celebritatis, ut ex reliquiis venerandæ vetuſtatis etiam nunc apparet, natus ſimul & educatus fuit, [6] donec maturiores anni philoſophicos poſcebant præceptores. Tum vero

1. *F.* gemmei. 2. *F.* decurſus 3. *F.* muſis. 4. Gaurovici *primum ſcripſerat Lelandus. Deinde propria manu mutavit.* 5. *Sic in MS. ita tamen ut ſignum quoddam (nempe +) ſub* e *ponatur, perinde quaſi in* urbis *mutari debeat. Et tamen* urbe *etiam habet Baleus.* 6. Ibique vitam duxit, donec *primum ſcripſerat Lelandus. Tandem vero mutavit.*

[1] Isidis vadum petiit altum aliquid in re literaria inchoaturus, ubi tantum abest ut operam perdiderit suam, ut ex illa fructum multo [2] uberrimum acceperit. Inter cetera tamen incredibili usus est diligentia legendis autoribus qui de rebus nostris scripserunt. Unde tam exactam, tam variam, tam denique luculentam Britannicæ antiquitatis cognitionem sibi comparavit, ut multos ex nostris longo, inquam longo, præcesserit intervallo. [3]Viderer hîc forsitan Polydoro Italo injurius, si Rossum hominem Britannum cum illo audacter conferrem. Certe ut libere, & extra fucum omnem loquar, adeo sordet præ Rosso in recondita nostrarum antiquitatum lectione, quanvis eloquentiæ dote sit longe superior, ut ne ad ejus umbram quidem accedat. Sed Polydorus persuasit sibi futurum ut solo orationis suæ fulmine & tonitru concussi Barbari ejus in historia autoritatem non modo statim admitterent, verum, quod majus est, etiam venerarentur: cum tamen interim constet multos nostra ætate Barbaros aliquanto propius ad ipsum sive Livianæ, sive Ciceronianæ dictionis filum accessisse, quam illum. Miserum me! quam nunc vereor ne hæc à Barbaro dicta gravius ferat Italus! Quare verbum non amplius unum addam præter quam ad institutum pertineat." Non miraberis, lector, quod Rossum ita tibi laudaverim. ipse dixeris dignissimum laude fuisse. Nam ut undecunque certam antiquitatis cognitionem sibi compararet ad Cambros primum Britannorum reliquias profectus est. Inter quos cum multa cognitu certe dignissima percunctator curiosus didicisset, multaque oculatus testis vidisset simili diligentia per totam fere insulam usus est. Adde huc quod multarum bibliothecarum forulos excusserit. in quo opere diutiuscule & Bellositi & Grantæ claris nostræ Britanniæ achademiis versatus fuit. Jam copiosam, simul & divitem rerum maxime memorabilium supellectilem collegerat, quæ ne per incuriam dilaberetur, contulit

1. *Sic ab ipso Lelando, qui tamen primum* Oxonium *pro* Isidis vadum *scripserat.* 2. Uberiorem *conjecerit forte non nemo.* 3. *Hæc omnia de Polydoro Vergilio usque ad,* non miraberis &c. *deleta sunt in Autographo nostro. Idque, ni fallor, ab ipso Auctore. Hinc illa omisit Editor.*

ſe ad quietem, rem ſcripturienti in primis neceſſariam. Eſt locus in colle poſitus propter ripam Avonæ fluminis, diſtatque vix mille à [1] Verovico paſſibus, ubi conſtans fama eſt Guidonem comitem [2] Verovicanum famoſiſſimum pugilem quidem illum, relicta urbe, ſtrepitu, & armis vitam aliquando vixiſſe ſolitariam. Vicinia locum à cultoris nomine clivum Guidonicum appellat. Extat in clivo [3] eccleſiola D. Magdalenæ, cujus pœnitudini bonus comes multum tribuebat, ſacra. Comites [4] Verovicani memoriæ recentioris aream eccleſiolæ circumjacentem muro utcunque alto cinxerunt, ædes in uſus unius aut alterius ſacrificuli extruxerunt, fundulos etiam vicinos liberaliter adjecerunt. Hunc locum Joannes Roſſus ex ea natus familia, quæ Ragelegam incolit, non procul ab Alauni caſtro, homo minime ambitioſus in poſſeſſionem, annuente vel [5] Verovicano comite, vel Eadveardo quarto, accepit. Vidi multa loca in quibus natura varia luſit amœnitate. Nullus tamen in primo conſpectu magis unquam meis adblandiebatur oculis. Nacto in hunc modum honeſto otio, & aurea fortunæ mediocritate, expeditus & alacer ſcribendi munus aggreſſus eſt, quod nunquam poſtea, niſi cum ipſa vita, depoſuit. Quo longo tempore multa chartis commendavit, ex quibus quædam ad umbilicum deducta aliis communia fecit, quædam in ſchedulis imperfecta moriens reliquit. Ego hæc quæ ſecuntur vidi & legi:

De antiquitate [6] Verovicenſis urbis.
De epiſcopis Uuiccenſibus libr. 1.
De antiquitate clivi Guidonici.
De comitibus Verovicenſibus.
Contra pſeudohiſtoriam antiquitatis Grantanæ.
De antiquitate achademiarum Britannicarum opus imperfectum.

Scripſit præterea Chronicon, juſtum volumen, cui in gratiam urbis ſuæ titulum indidit [7] Verovicum. Porro

1. Gaurovico *primum ſcripſerat Lelandus.* 2. Gaurovicenſem *primum ſcripſerat Lel.* 3. *Sic in Autographo, non, ut Editor,* eccleſia. 4. Gaurovicenſes *primum ſcripſerat Lelandus.* 5. Gaurovicenſi *primum ſcripſerat Lel.* 6. Gaurovicenſis *primum ſcripſerat Lel.* 7. Gaurovicum *primum ſcripſerat Lel.*

biblio-

bibliothecam inſtituit in ipſa porticu auſtrali fani S. Mariæ Verovici. Unum defuit Roſſo homini alioqui ſolide erudito, nempe torrens illa eloquentia. quod tamen ſolo ætatis imputandum vitio. Si in noſtrum ſeculum tam undecunque felix incidiſſet, plane tuliſſet omne [1] punctum. De morte ejus tanquam in re ignota nolo temere aliquid adfirmare. Vixit uſque ad primos annos Henrici ſeptimi, & [2] Verovici obiit 14. Januarii anno D. 1491. Sepultus eſt ibidem in fano Mariæ conſecrato, ut ex epit. inſcripto apparet.

Sir William Dugdale's Antiquities of Warwickſhire, p. 183.

GUYE'S-CLIFFE.

This being a great *Cliff* on the Weſtern bank of **Avon**, was made [3] choyce of by that pious man S. *Dubritius* (who in the Brittons time had his Epiſcopal ſeat at **Warwick**) for a place of devotion; where he built [4] an Oratory dedicated to S. *Mary Magd.* unto which, long after, in the Saxons dayes, did a devout Heremite repair; who finding the natural Rock ſo proper for his Cell, and the pleaſant Grove, wherewith it is back'd, yeilding entertainment fit for ſolitude, ſeated himſelf here. Which advantages invited alſo the famous *Guy* (ſometime E. of **Warwick**) after his notable atchievements, having weaned himſelf from the deceitfull pleaſures of this world, to retire [5] hither; where, receiving ghoſtly comfort from that Heremite, he abode [6] 'till his death (as by my diſcourſe of him in **Warw.** ſhall more fully be manifeſted.)

It ſeems that this place continued in the ſame condition for a long time afterwards. For I find that in 8. E. 3. one *Thomas de Lewes*, being a Heremite here, had the K. Letters [7] of protection for himſelf and all his goods; in which Record it is written **Gibbeclyve**. And that in [8] 10. H. 4. one *John Burry*, at that time likewiſe

1. *Mox poſt hanc vocem hujuſmodi ſignum à manu additur Lelandi, viz.* V/Λ; *perinde ac ſi aliquid eſſet inſerendum.* 2. Gaurovici *primum ſcripſerat Lel.* 3. Rot. *J. Rous.* 4. Ibid. 5. Hiſt. MS. *J. Rous*, p. 258. Hiſt. MS. *Ger. Cornub.* in bibl. Coll. S. *Mar. Magd.* Oxon. 6. Ibid. 7. Pat. 8. E. 3. p. 1. m 17. 8, Ex comp. Ball. Warw. Com. penes *W. Pierpoint*, ar.

Heremite here, had C.*s.* *per ann.* ſalary, for to pray for the good eſtate of *Ric. Beauchamp*, then E. of Warw. as alſo for the ſouls of the father and mother of the ſaid Earl.

Whether it was out of reſpect to the memory of the famous *Guy*, before mentioned, or to view the rareneſs of it's ſituation, I cannot ſay, but certain it is, that K. *Henry* 5. being on a time at Warw. came [1] to ſee it, and did determine [2] to have founded a Chantry here for 2. Prieſts, had he not been by death prevented. After which the before ſpecified *Ric. Beauchamp* E. of Warw. bearing [3] a great devotion to the place, whereupon then ſtood [4] nothing but a ſmall Chapel, and a Cottage in which the Heremite dwelt, in 1. H. 6. obtained licenſe [5] to do the like, *ſc.* for 2. Prieſts, which ſhould ſing Maſs in the Chapel there daily, for the good eſtate of him the ſaid Earl and his wife, during their lives; and afterwards for the health of their ſouls, and the ſouls of all their parents, friends, with all the faithful deceaſed. Of which Chantry *Will. Berkſwell*, (afterwards Dean of the Collegiat-Church in Warw.) and one *John Bevington*, were the firſt [6] Prieſts; for whoſe maintenance, and their ſucceſſors, the ſaid Earl in 9. H. 6. had licenſe [7] to grant the Mannour of Aſhorne in this County, with one meſſ. one carucat of land, and CXVII.*s.* X.*d.* *ob.* yearly rent lying in Whitnaſh and Wellesburne. And becauſe he thought not that enough, by his laſt Will and Teſtament [8] he ordained, that in all haſt after his deceaſe, the remnant of what he had deſigned for his Chantry Prieſts there, ſhould by his Executors be delivered, and made ſure to them: And that the Chapel there with the other buildings, ſhould be new built, as he the ſaid Earl had deviſed, for the wholſom and convenient dwelling of thoſe Prieſts.

The coſts of all which, with the conſecration of the two Altars therein, as appeareth by the accounts [9] of the

1. Hiſt. MS. *J. Rous*, p. 258. 2. Ibid. 3. Lel. Itin. Vol. IV. f. 165. 4. Ibid. 5. Pat. 1. H. 6. p. 5. m. 5. 6. Ex autog. penes *S. A.* eq. aur. 7. Pat. 9. H. 6. p. 1, m. 23. 8. *Rous*, f. 141. 9. Penes Ball. & Burgen. Warw.

ſaid

ſaid Executors, from the 28. to the 37. H. 6. amounted unto CLXXXIIII.*l.* V. *d. ob.* Then did Earl *Richard*, in memory of the warlike *Guy*, erect that large Statue, there yet to be ſeen on the South ſide within that Chapel, the Figure whereof I have here expreſt: And having raiſed [1] a roof over the adjacent Springs, walled [2] them with Stone.

Here was it alſo that our Warwickſh. Antiquary *John Rous* (whoſe portraicture likewiſe, exactly taken from an antient Roll, wherein it was drawn to the life by himſelf, I have repreſented) after he came from the Univerſity, lived [3], being a Chantry-Prieſt in this Chapel; and compiled [4] his Chron. *de Regibus*, which I have ſo often quoted. Of whom, conſidering his ſpecial affection to, and knowledge in Antiquities, being loth to omit any thing which may do honour to his memory, I ſhall here obſerve, that for his parentage [5] he was the ſon of *Geffrey Rous* of Warwick, but deſcended of the *Rouſes* of Brinklow in this County; and touching his education, courſe of life, and death, have tranſcribed what Bale [6] from *Leland* hath expreſſed of him.

Joannes Rouuſe, alias Roſſus, Uuaruuici, urbe magnæ olim celebritatis, natus ſimul & educatus fuit (ut Lelandus ſcribit) donec maturiores anni philoſophicos poſcerent præceptores. Tum vero Oxonium petiit, altum aliquid in re literaria inchoaturus; ubi inter cetera, incredibili diligentia uſus eſt in legendis authoribus qui de noſtris rebus ſcripſerunt, unde tam exactam Brytannicæ antiquitatis cognitionem ſibi comparavit, ut multos ex noſtris longo præceſſerit intervallo. Perluſtratis enim apud Anglos & Cambros omnibus fere bibliothecis, copioſam rerum maxime memorabilium ſupellectilem collegit: quæ ne per incuriam dilaberetur, contulit ſe ad quietem, rem ſcripturienti in primis neceſſariam. Eſt locus in colle poſitus, prope Avonæ fluminis ripam, diſtatque à Uuaruuico vix paſſibus mille: ubi conſtat Gui-

1. Lel. Itin. Vol. IV. f. 165. 2. Ibid. 3. Hiſt. MS. *J. Rous* in bibl. *Cotton.* (ſub effigie *Veſp.* A. 12.) pag. 258. 4. Ibid. 5. Rot. *J. Rous* in dorſo. 6. *Johan. Balai* Cent. VIII. p. 629.

donem,

donem, Uuaruuicensem comitem famosissimum illum, vitam olim vixisse solitariam. Hunc locum amœnissimum, Guidonicum clivum ab eo appellatum, alto muro cinctum, annuente rege Eduuardo quarto, Rossus, homo minime ambitiosus, una cum vicinis aliquot fundulis, in possessionem accepit. Et parato in hunc modum honesto ocio, atque aurea fortunæ mediocritate, expeditus & alacer scribendi munus aggressus est: quod nunquam postea nisi cum ipsa vita deposuit. Quo longo tempore, multa chartis commendavit, in characteribus Latinis: præcipue hæc,

Antiquitates Uuaruuici, Lib. I.
De episcopis Uuigorniæ, Lib. I.
Vetustates clivi Guidonici, Lib. I.
De Comitibus Uuaruuicensibus, Lib. I.
De academiis Brytannicis, Lib. I.
Constra historiolam Cantabrigiensem, Lib. I.
Chronicon Uuaruuicense, Lib. I.

Et opera quædam alia, sed imperfecta, moriens reliquit. Bibliothecam etiam instituit in ipsa australi porticu fani Mariæ Uuaruuici. Vixit usque ad maturos annos Henrici septimi, ac Uuaruuici demum obiit 14. Januarii, anno à Christi servatoris nativitate 1491. Sepultusque est ibidem in dicto Mariæ fano, ut ex inscripto epithaphio apparet.

But of these his writings, most, I suppose, are perish'd, or in such obscure hands, that it is not known to me where they can be seen. Those only which are extant, being a Roll [1] of the Earls of Warwick (wherein besides a brief Historie relating to each of them, their Pictures and Arms are with much curiosity depicted) and a Chronicle [2] of the Kings of England reaching down to his own time.

But I return. A place this is of so great delight, in respect of the River gliding below the Rock, the dry and wholsome situation, and the fair Grove of lofty Elms overshadowing it, that to one, who desireth a re-

1. Penes *Rob. Arden* de Parkhall, ar. 2. In bibl. *Cotton.*

tired

tired life, either for his devotions or ſtudy, the like is hardly to be found, as *Leland* in his MS. Itinerary [1], made *temp.* H. 8. doth well obſerve. It is a Houſe (ſaith he) of pleaſure, a place meet for the Muſes: There is ſilence, a pretty wood, *Antra in vivo ſaxo*, the River rouling over the ſtones with a pretty noyſe, *nemuſculum ibidem opacum, fontes liquidæ & gemmei; prata florida, antra muſcoſa, rivi levis & per ſaxa diſcurſus; necnon ſolitudo & quies Muſis amiciſſima.*

Several Caves are there hewen out of the firm Rock; one of which, if we may believe tradition, was made by the renowned *Guy*, when he was an Heremite here. In 26. H. 8. by the Survey [2] then taken, the lands belonging to this Chantry were certified to be worth xvii.*l.* ii.*s.* iiii.*d.* *per annum*, over and above all reprizes, *Nich. Launder* and *Tho. Moore* being then the Prieſts that ſerved therein. But by another Survey [3], in 37. H. 8. the value, over and above reprizes, was certified to be xix*l.* x*s.* vi.*d.* All which, *viz.* Chapel, Buildings, and Poſſeſſions thereunto belonging, were, by *Tho. Moore* and *Rog. Higham*, Prieſts of that Chantry (the Ks. Licenſe [4] being thereunto had and obtained) granted [5] unto Sir *Andrew Flammock* Kt. and his heirs, the 4. day of *June*, 1. E. 6. whoſe ſon *Will. Flammock* dying [6] ſeized of them, 11. *July*, 2. *Eliz.* left *Kath.* his daughter and heir, then about three years of age: The particular lands belonging thereto, being 15. meſſ. 500 acres of land, 50. acres of meadow, and 30. acres of paſture, ſituate in *Guye's-cliff*, Aſhorne, and Whitnaſh, as by that Inquiſ. [7] appeareth.

The Chapel here was dedicated to S. *Mary Magd.* as the grant [8] thereof by Q. *Eliz.* to *John Colburne* in 22. of her reign, manifeſteth; and is in the pariſh [9] of S. *Nich.* in the ſuburbs of Warwick. This *John* wedded [10] the ſaid *Kath.* the daughter and ſole heir of *Will.*

1. In bibl. *Bodl.* Vol. IV. f. 165. 2. MS. penes *S. Archer*, eq. aur. f. 7. a. 3. Penes eundem *S. A.* f. 17. a. 4. Ex autog. penes *H. Beaufo.* 5. Ibid. 6. Eſc. 2. Eliz. 7. Ibid. 8. Pat 22. Eliz. p. 10. 9. MS. penes *S. A.* eq. aur. f. 17. a. 10. Ex relat. *Edm. Colburn* eq. ar.

Flammock

Flammock before mentioned. And of him was it purchased (as I have heard[1]) by *Will. Hudson* of Warwick; whose daughter and heir, *Ursula*, brought it in marriage unto Sir *Tho. Beaufo* of Emscote Kt. in which family it still continues.

Within the precincts of *Guye's-Cliffe* there is nothing more but the Mill; which, as I have formerly shewed, was in being at the Norman Conquest; and afterwards given[2] by *Geffr. de Clinton* (the second) to *Gilebert Nutricius*, of whom I shall speak in Lemington: in which grant it is called *Molendinum de* Chibbeclive. How the said *Gilbert* parted with it, appears not; but I find, that *Henry de Clinton*, son to the said *Geffrey*, morgaged[3] it to *Randolph de Cotton* for ten pounds of silver. It seems that the same *Geffr.* bestow'd it on the Canons of Kenilworth; for so doth the confirmation[4] of *Henry* his son, made to them thereof, imply; whereby he grants[5] unto them therewith, both the Miller and his Children, in which it is written Kibclive. And yet it can hardly be said that he gave it; for by his deed it appears, that the same Canons discharged xx. marks of silver which the said Miller was tyed to pay; as also two marks of silver yearly to the said *G. de Clinton* during his life. But in 7. E. 1. I find[6], that the Prior of Kenilworth had two Mils here; which, after the dissolution of the Monasteries, were granted[7] to *Ric.* and *Tho. Lawley*, and their heirs.

Brianus Twynus in lib. I. *p.* 7. *Antiq. Acad. Oxon. Apologiæ, Oxon. excusæ A. D.* 1608. 4*to.*

Historiæ utriusque Academiæ [tam Oxoniensis quam & Cantabrigiensis] æstimator omnium æquissimus, Joannes Rossus Warwicanus.

Ibid. p. 71.

Rossum centum[8] Londinensibus antefero.

---

1. Ex relat. *Edm. Colburn* eq. aur. 2. Reg. de Kenill. p. 137. 3. Ibid. p. 139. & 140. 4. Ib. p. 12. 5. Ibid. 6. Inq. per. *H. Nott.* &c. f. 18. b. 7. Pat. 37. H. 8. p. 3. 8. *Londinensis* nomen sibi adsumpsit cl. Caius Cantabrigiensis. *T. H.*

Ibid.

Ibid. p. 118.

Hæc Roſſus antiquariorum diligentiſſimus, qui anno 1486. plus minus floruit. Quo tempore anno ætatis ſuæ 42. librum illum de Regibus & contra deſtructores villarum apud Warwicum, uti ipſe ſcribit (non autem è monaſterio Canonicorum beatæ Mariæ de Oſney juxta Oxonium, uti dicit Londinenſis in ſuo ſcriptorum catalogo) *ad laudem Dei & omnium Sanctorum complacentiam* (*ipſius hæc verba ſunt*) *& proficuum regis* (*ſc. H. ſeptimi*) *Regnique compilavit.*

Ibid. p. 130.

Nam quod Londinenſis exiſtimat, ſe omnem fidem Roſſo detraxiſſe, dum Lelandi ſententiam produxerit, qua is Jo. Roſſum diligentiæ potius quam judicii nomine laudaverit, illud certe non impedit, quo minus idem Lelandus, ſicut apud Baleum cent. 10. cap. 3. videre eſt, eundem Jo. Roſſum judicii quoque nomine ſatis commendaverit, dum eum tam *exactam Brytannicæ antiquitatis cognitionem ſibi comparaſſe dicit, ut multis ex noſtris longo præceſſerit intervallo:* quo quid à Lelando ad Roſſi judicium prædicandum illuſtrius dici potuit?

E Joanne Pitſeo de illuſtribus Angliæ Scriptoribus, p. 682.

Joannes Roſſus vel Rous Warwici in Anglia natus; & ibidem in bonis literis uſque ad juventutem educatus, ut auctor eſt Lelandus, ad ſtudia Philoſophica petiit Oxonium. Ubi tamen percepta quadam in volvendis hiſtoriis dulcedine, ſpinoſas ſcholaſticorum exercitiorum ſalebras amœnis hiſtoriarum campis longo poſtpoſuit intervallo. Incredibili igitur labore, diligentia, induſtria ſcrutatus eſt antiquitates tum Britannicas, tum Anglicas; perluſtratis pene omnibus totius inſulæ Bibliothecis. Collecta autem ingenti rerum memorabilium copia, ſeceſſum quæſivit, & quietis locum ad ſcribendum oportunum. Nec longe à natali ſolo, quod quæſivit, invenit. Vix enim uno diſtat milliari à Warwicenſi civitate collis editior ad Avonæ fluminis ripam (clivum Guidonicum

 vocant)

vocant) quoniam Guido comes Warwicensis ille famosissimus illic aliquando vitam egit solitariam. Hunc locum ad vivendum salubrem, ad studendum commodum elegit Rossus, &, Edwardo rege quarto concedente, muro inclusum accepit. Ibi igitur quasi in quodam novo Paradiso, vel Musarum Parnasso, totum se contemplationi, vel lectioni, vel denique scriptioni, dedidit. Omnia quæ prius ut quoddam Chaos & rudem molem coacervaverat, tunc in suas partes distribuit, singula ad suum locum retulit, & in diversos historiarum libros omnia redegit, ordinate divisit, descripsit, & posteris reliquit. Nec prius scribendi quam vivendi finem fecit. In favorem etiam rei litterariæ, & litteratorum hominum, Warwici apud D. Virginem, in Australi Ecclesiæ porticu, Bibliothecam insignem erexit, & optimis libris replevit. Scripsit autem Latino sermone & quidem non ineleganter

Antiquitates Warwici, Librum unum.
De comitibus Warwicensibus, Librum unum.
Chronicon Warwicense, Librum unum.
Vetustates Clivi Guidonici, Librum unum.
Historiam quæ habetur MS. Cantabrigiæ in Collegio S. Benedicti.
De Episcopis Wigorniæ, Librum unum.
De Academiis Britannicis, Librum unum.
Contra historiolam Cantabrigiensem, Librum unum.

Et alia plura. Warwici mortuus & ibidem in templo D. Virginis sepultus est decimo quarto die Januarii, anno gratiæ 1491, sub Angliæ rege Henrico septimo.

Ex Historia & Antiquitatibus Universitatis Oxoniensis, Lib. II. *p. 77.*

JOHANNES ROSSUS, vel si malis *Rufus*, quem patriâ linguâ *Rowse* vocant, in hoc etiam Collegio [Balliolensi] studiorum tyrocinia videtur posuisse, quod è Libro [1] suo de regibus colligendum duco, ubi de *Tiptofto* comite *Wigorniensi*, in sodalitio isto Artes Academicas edocto, sic loquitur: *Novi illum in Universitate Oxon. tempore meo conscholarem.* Natus is est in agro

1. MS. p. 4.

Warwi-

Warwicensi, &, si [1] *Dugdalio* fidem adhibueris, à *Rossis Brinkloviensibus*, ejusdem Comitatus, Genus deduxit, tametsi *Ragleiensibus* oriundum tradidit [2] *Lelandus*. Postquam Gradum susceperat Magistralem, inque omnimoda eruditione, maxime autem suæ Gentis Historia, multum profecerat, ad suos rediit. Post hæc rapiente illum rei Antiquariæ & proinde genealogiæ atque aspidologiæ desiderio, utriusque Academiæ, immo totius pene regni, ut *Balæus* habet, cui tamen ægre assenserim, Bibliothecas rimatus est, & locuplete collectaneorum penu probe instructus, inter Presbyteros Cantores Capellæ S. *Mariæ Magdalenæ*, in fundo amœnissimo, **Guye's-Cliff**, hoc est *Guydonis*, Comitis quondam *Warwicensis* Clivo nuncupato, & à *Warwico* ad primum lapidem posito, cooptabatur. Ibi Collectanea sua in meliorem formam redegit, post autem aliquanto studiis sese numinisque cultui totum dedit, annoque Dom. CIϽCDLXXXIII. ætat. XLII. contexuit ad laudem B. *Eariæ* & *Omnium Sanctorum*, & complacentiam, & proficuum regis regnique,

Historia de regibus Angliæ lib. I. MS. in. Bibl. S. *Benedicti Cantabrigiæ*, & *Cottoniana Westmonasteriæ*.

In libro illo plurima occurrunt de Academiis Britanniæ, & contra Destructores Villarum in Com. *Warwicensi*, & alibi; in quo tamen industriam egregiam impari plane judicio adjunxit.

De Comitibus Warwicensibus. Rot. MS. Quorum ibidem imagines, arma gentilitia, gestaque omnia, atque sub finem hæc habentur carmina:

Jo. Rows *hoc junxit heroum nobile stemma,*
Warwick *quem genuit, senior fuit Incola* **Guy-cliffe**,
Artibus Oxon. *donatus honore Magistri,*
Qui Britonum *varia studiose Chronica lustrans,*
Scriptis ex variis opus hoc conjecit in unum,
Per quod quisque Comes propriis donabitur armis,
In **Warwick** *successurus feliciter heres:*
Fecit hic ut ducum redeat præmortua vita:
Vivat hic ergo deum . . . nescia secla.

1. In libro suo de Antiquitatibus Comitat. *Warwick*. 2. In Tom. 4. p. 342.

Adjicitur effigies ipsius *Rossi* ad vivum delineata, cum cucullo & habitu magistrali, una cum insignibus suis.

De Antiquitate Academiarum Britannicarum, MS. (Opus imperfectum referente *Lelando*) vel, si *Balæo* credendum,

De Academiis Britannicis. Lib. I.

Librum hunc sæpissime allegat *Lelandus* in Tom. IV. Collectan. ac nominatim in vitis [1] *Alfredi* regis, [2] *Johannis Blond*, *Oxoniensis* eruditi, & [3] *Simonis Stochii.* Quare cum ita se res habeat, & *Lelandum* in omnibus quæ de *Rosso* perhibet sequatur *Balæus*, mirari subit cur Librum hunc eundem cum illo de regibus crediderit [4] Antiquarius noster; & cur dubitarit Antiquarius [5] *Cantabrigiensis*, an talem quempiam Libellum ediderit *Rossus*, aut viderit unquam *Balæus*. Ut quod res est dicam, in errorem inde ductus est Noster ille, quoniam in libro de Regibus multa deprehendit Academias tangentia, quæ quidem eidem propterea inseruit *Rossus*, quia libellum suum de Academiis, exiguus cum esset, perdendum iri, haud falso augurio, præsagiebat.

Contra Historiolam Cantabrigiensem. MS. Quem libellum proinde conscripsit, quod in Historiam prædictam *Cantabrigiæ* incidens mendaciis apertissimis plenam deprehenderet.

Alia quæ scripsit apud *Balæum* ac *Pitseum* quærenda sunt, quorum tamen ne tantillum superesse (Libros de Regibus & de Comitibus si excipias) confido. Diem obiit XIV. *Januarii* MCDXCI. & *Warwici* in Ecclesia S. *Mariæ* funeratus est.

---

1. Pag. 110, 111, &c. 2. Pag. 212. 3. Pag. 224. 4. In 2. Lib. Apol. sect. 15. 5. *Caius* in. lib. I. Antiq. *Cantab.* p. 30.

JOANNIS ROSSI, *alias* ROUS, Warwicensis Historia lectu dignissima. [1] Fol. 1. a.

CUM ad celsitudinem regiam quicquam lingua vel scriptis quis ostendere præsumpserit, consonum est, ut talia sint quæ eum ad dei laudem, ipsius principis commodum, vel ad tocius reipublicæ incitent incrementum. Hinc [2] est" (serenissime princeps Henrice, rex Angliæ & Franciæ) meæ simplicitati utile & honestum videtur, talia excellentiæ tuæ literis mandare, quæ fructum optimum possunt producere, ut beneficio literarum senescentis memoriæ dispendium relevetur. Intendo hîc igitur, præstante deo, ad ipsius dei honorem, [3] tuum utriusque hominis maximum commodum, ac tocius reipublicæ proficuum, primo inducere exemplaria magnificentiæ tuæ, nobilium prædecessorum tuorum, regum & principum, ex quibus originem trahis, inclita facta, ut ea in statu debito, te [4] actore, remaneant, & contra [5] procella adversa, te [6] protigente, secure subsistant. Considera (serenissime princeps) civitates, ecclesias cathedrales, universitates studentium, monasteria, collegia, & [7] hujusmodi" sacra loca, per Fol. 1. b. *præclaros prædecessores tuos fundata, & possessionibus ne deficerent sufficienter devote [8] indotata." Attende nunc quot per eos [9] habes pro tuo felici statu*

1. *Numeri marginales Codicis nostri folia indicant. Nempe littera* a *faciem primam,* b *faciem secundam folii denotat* 2. *Vocula ista forsan redundat.* 3. *Sic.* 4. Actorum *C. C.* 5. Procellas adversas *C. C.* 6. *Sic.* 7. Hujus *C. C.* 8. *Ita etiam in C. C.* 9. Homines *pro* habes *legitur in C. C.* Homines habes *forsitan mallet non nemo.*

die & nocte continue orantes. Hiis [1] per te debite consideratis, inducam originem cleri & studentium, puta philosophorum, quorum ex pericia doctrina naturalis & virtutum ac eciam leges humanæ originem traxerunt. Nec omittam jura & titulum coronæ Angliæ ad provincias singulas ejus dominio rite subjectas. Et inter hæc, ut convenit, mixtim replicabo contra quædam enormia modo usitata, & præcipue contra modernos villarum dirutores, qui ut frenetici infirmitates, quibus vexantur, nescientes rident, lætantur & [2] plaudent de suis miserabilibus & dampnosis actibus. Parcat eis deus, quia pro certo nesciunt quid faciunt, nec quantis periculis [3] dampnabilibus se involvunt, ut planius, deo permittente, ostendam inferius. Cupiens nunc scribendo deo placere [4] illius gratiam invoco, cujus est scribenda inspirare, calamum gubernare, & mercedem laboris compensare. Nunc ergo ad incepti negocii ordinem divino ductu accedamus.

1. Parte debite C. C. 2 *Ita etiam in* C. C. 3. Dampnabilibus in conspectu dei se inv. C. C. 4. Ejus C. C.

[1] PRIMA igitur mundi ætate primis parentibus Fol. 2. a.
vestitis tantum tunicis pelliceis à deo factis,
ut evidet Genesis tercio capitulo, à paradiso
pro suis demeritis expulsis, in terram hanc
nudam nudi [2] quasi" incolæ victu & vestitu
carentes quo se [3] diverterent nescii, aut quo contra
[4] aieris [5] caliditate vel frigiditate intemperiem ingressuri
ignorantes sub umbrosis nemorum locis, petrarum cavernis, aliisve antris aut speluncis pro præsidio se contulerunt. Hac [6] inedia afflicti natura instigante montes &
alta loca consideraverunt qualiter pluviarum fluxus ad
loca depressa & humiliora descenderunt. Ex hoc edocti
primum domos cum tectis arcuatis & quodammodo asperis facere excogitaverunt, quibus ingressi cum tempus
exigebat refugium invenerunt eis ad tempus necessarium.
Huic processui concordat [7] illud Isidori [8] Ethimologiarum
libro XV°. capitulo [9] XX°." sic scribentis: "Homines
"primum tanquam nudi & inermes, nec contra bestias
"aut homines tuti, nec receptacula frigoris aut æstus
"habentes refugium naturali solercia opida excogitave-
"runt. Unde & tuguria & casus ex virgultis & arundi-
"nibus contexerunt, ut vita eorum tutior esset." Creverunt tamen ante diluvium in numerum ingentem soli
deo [10] numerabilem. Demum cum homo sit animal civile Fol. 2. b.
& domesticum, solitudinem abhorrens & familiaritatem
diligens, ipse inter natos mulierum primus [11] Caym prothomicida [12] fraternus, virorum nequissimus, timens pro
malefactis destructionem finalem sibi [13] iminere, sibi &
sibi adhærentibus primus omnium civitatem ædificavit in
parte orientali mundi, quam, ut habetur Genesis quarto,
ab [14] Enoch, filio suo primogenito, Enoch nominavit. De
aliis civitatibus ante diluvium conditis tacet [15] Moyses.
Scribit tamen egregius vir Bernardus de [16] Breydenbach,

---

1. *In C. C. hîc loci habemus istum titulum*, viz. Quatuor mundi ætates à Johanne Rossio Warwicensi inscriptæ *&c.* 2. Qui *C. C.* 3. Deverterent *C. C.* 4. *Sic.* 5. Caliditatem vel trigiditatem *C. C.* 6. Media *C. C.* 7. Id *C. C.* 8. Ethielogiarum *C. C.* 9. *Lege*, IIdo. 10. Innumerabilem *C. C.* 11. *Ita & C. C. pro* Cain. 12. Fructus *pro* fraternus *in C. C.* 13. Imminere *C. C.* 14. Enoche *C. C.* 15. *Sic & C. C.* 16. Braydenbache *C. C.*

decanus & camerarius Maguntinensis ecclesiæ cathedralis, in Itinerario suo ad Terram Sanctam & ad Sanctam [1] Katerinam, quod ante diluvium Noë fuerunt octo nobiles urbes conditæ in humanum præsidium contra diluvium illud Noë venturum, quarum [2] Joppe, alias Japha, erat una, sic nominata à Japhet, filio Noë, qui eam construxit, & ex suo nomine eam appellavit, ubi & ho-
Fol. 3. a. die vectes [3] eciam" magni ex quadam rupe videntur pendere, quibus naves fuere affixæ; ubi [4] etiam" miræ magnitudinis cathena quædam apparet, qua gigas quidam, Andromadus nomine, detinebatur captivus, cujus costa quadraginta unius pedum longitudine protenditur, ut hodie cernitur. Hanc costam vidit iste nobilis vir Bernardus primo mensis Julii anno domini M.CCCC.LXXXIII°. & nunc [5] communiter appellatur Porte Jaffe. Memini [6] eciam" me legisse in Itinerario magistri Johannis [7] Mandvyl militis, Doctoris in medicinis Anglici, apud Sanctum Albanum nati, qui, ut scribit, eandem Andromadi gigantis costam vidit. Ex dicta costa [8] potest conjecturari quantitas gigantium ante diluvium, quorum unus ipse erat. Nec in [9] hiis scriptis determinatur quantitas staturæ suæ [10] comparative ad alios suos prædecessores aut contemporaneos, quia forte aliqui erant majores ipso. Iste magister Johannes de Maundevilla [11] à plerisque propter miranda quæ scripsit à multis viris non reputatur veridicus. Sed tales rerum invisarum ab eis deprehensores
Fol. 3. b. attendant ad antiquiora, puta ad librum vitæ Alexandri Magni, & epistolam suam ad magistrum suum Aristotelem; & in singulis nobilibus civitatum & villarum ecclesiis, ubi mappa mundi artificialiter describitur, videbunt satis expressa quæ in scriptis prædicti magistri Johannis de Mandavilla detrahunt & derident. Vidi [12] etiam" Itineraria illustris viri Lupoldi de Suchen, & illustris memoriæ domini [13] magistri Pauli de Veneciis, in quibus non minus stupenda legi. Sed nostris diebus anno domini M.CCCC.LXXXIII. quidam nobilis comes Jo-

---

1. Catærinam *C.C.* 2. Jopp *C.C.* 3. Autem *C.C.* 4. Autem *C.C.* 5. Communiter Portæ Jaffæ appellatur *C.C.* 6. Autem *C.C.* 7. Mandvill *C.C.* 8. Potuit *C.C.* 9. His *C.C.* 10. Conperatæ *C.C.* 11. *Vel* à plerisque, *vel* à multis viris *redundare puto.* 12. Autem *C.C.* 13. Marci Pauli *C.C.*

hannes

hannes de Solins, & præcitatus nobilis & magnæ [1] literaturæ vir Bernardus de Breydenbach, camerarius atque decanus [2] Maguntinenſis, cum aliis comitibus & baronibus ſtrenuiſque militibus, ac aliis nobilibus viris & plebeis in magno numero à Veneciis iter [3] Jeroſolimitanum ſumpſerunt. Hujus venerabilis magiſtri Bernardi ſcriptis omnes alii erant teſtes, quorum ſano teſtimonio inſanum eſt contraire. Iſte magiſter Bernardus hujus itineris gratia ingenioſum & eruditum [4] pictorem Erhardum nomine, ſcilicet Rewych de Trajecto inferiori, operæ precium ſecum, qui à Veneciano portu & deinceps potiorum civitatum, quibus terræ pelagique tranſitum applicabant, ſacrorumque in Terra Sancta locorum & ad Sanctam Katerinam diſpoſitiones, ſitus, & figuras, quoad magis proprie fieri poſſent, artificioſe [5] effigiaret, & idem opus impreſſoriæ artis [6] amminiculo habere volentibus communicavit. Hujus venerabilis decani proceſſum conceptum mente mea diu ante hoc habens, incitavi illuſtris memoriæ Johannem [7] Tiptoft, Wigornenſem comitem, in caſtro Warwici diſpoſitum, Sanctam Terram viſitare, quem virum magnæ litteraturæ novi in Univerſitate Oxonienſi tempore meo conſcolarem, ut ſecum arte portreturæ virum aliquem induſtrium in numero familiæ ſuæ aſſumeret, qui viſa deſiderata effigiaret, & per [8] hoc in reditu artifices ad hæc fienda optime certificaret.

Fol. 4. a.

Johannes Tiptoft Wigorniæ comes. De hoc Johanne vide hiſtoriam Cantabrigienſem. M.

[9] Iterum ad priora calamum reſumens invenio quod prima mundi ætate multis innotuit, & præcipue per Noë oſtenſum fuit tunc viventibus, quod pro peccato tale diluvium eſſet venturum. Moyſe de hac materia tacente, ſcribit [10] Giraldus cum aliis ſuper [11] hoc teſtibus, quod Caphera, alias Ceſara, neptis Noë, timens diluvium, ſperans ubi peccatum nunquam perpetratum fuerat diluvii vindictam non habere, cum multis aliis navibus & rebus neceſſariis in iiſdem habundanter refertis

Fol. 4. b.

---

1. Lituraturæ *C. C.* 2. Eccleſiæ Maguntinenſis *C. C.* 3. Jeroſolitanum ſuperſunt *C. C. at ſurra lin.* Jeroſolimam ſubiverunt. 4. Pictorem, Erhardum ſcil. Rewich, de Trajecto inferiori operæ precium duxi mecum ſumere, uti & feci, qui à Veneciano *in impreſſis Breydenbachii Codd.* 5. Effigitaret *C. C.* 6. Amminiculo cunctis volentibus *C. C.* 7. Tiptoſt, Wigorinæ com. *C. C.* 8. Hos in redditu *C. C.* 9. Item *C. C.* 10. Geraldus *C. C.* 11. Hæc *C. C.*

Hiberniam

Hiberniam venit cum sua solum navi, ceteris dispersis aut naufragio destructis, & litus, in [1] quo navis illa applicuit primum, navicularum litus vocatur, ubi prædicta Caphora, vel Cesera, est tumulata, & usque hodie Cesaræ tumulus nominatur. Hic processus, ne oblivioni traderetur & per diluvium deleretur, quorundam illorum adventantium industria scriptus est lingua tunc Hebræa, qua solum tunc humanum genus usum est, in latere decocto, sicut & Musica, aliæ eciam scientiæ particulares, [2] secundum magistrum Sententiarum, ante diluvium, ne perirent, inventæ sunt, dictaque Caphera, vel Cesara, cum tribus viris & quinquaginta mulieribus Hiberniam venit primum proximo anno ante diluvium, in quo diluvio terminata est prima ætas mundi continens annos M. DC. LVI.

In prima [3] eciam ætate non multum ante diluvium, ut habetur in libro, qui intitulatur *Fasciculus temporum*, omnes artes, vel scientiæ, seculares, liberales, sive mechanicæ, vel physicæ, humanæ curiositati deservientes, Fol. 5. 2. à filiis [4] Lamech leguntur inventæ. Et sic filii adulterini primum subtiliores aliis fuerunt; & quia timebant futurum periculum diluvii & ignis, ideo Tubal easdem artes duabus columpnis [5] sculpsit, una latericia contra ignem, alia marmorea contra aquam. Ad hæc tempora non sunt [6] commixti filii dei, id est, Seth, cum filiabus Cayn, quia præceperat Adam ut à consorcio Cayn & progenie sua omnino [7] abstinerent, sed tempore Lamech commixti sunt & genuerunt gigantes. [8] Seth eciam, secundum Methodium, erat vir [9] giganteæ staturæ. Ipsis gigantibus florentibus multiplicata sunt mala super terram. Nam Lamech incepit bigamiam pro concupiscentia luxuriæ. Jubal invenit musicam, in qua est concupiscentia aurium. Tubal primo invenit artem [10] ferraream, & varias sculpturas pro concupiscentia oculorum. Et [11] Neoma, soror ejus, invenit artem variæ diversæque texturæ, lanum & linum in fila traxit, & pannum texuit

1. *Qua pro* quo *in* MS. *quo modo etiam in* C. C. 2. Secundum nostram sententiam, ante C. C. 3. Autem C. C. 4. Lameche C. C. 5. Insculpsit C. C. 6. Conjuncti C. C. 7. Abstineret C. C. 8. Sethe C. C. 9. Gigantis C. C. 10. Ferream C. C. 11. Neonia C. C.

propter

propter levitatem. Nam & antea homines pellibus beſtiarum pro veſtibus utebantur, [1] & ſic per iſtam Neomam crevit concupiſcentia [2] mollis veſturæ ad delectationem carnis, & ex hoc [3] patet" incepit uſus ab iſta Neoma veſtium precioſarum, [4] ſericorum, & [5] hujuſmodi. Huic concordat [6] illud in Novo Teſtamento Luc. 16. "Filii "hujus ſeculi prudentiores ſunt filiis lucis." Centeſimo anno ante diluvium cœpit Noë præcepto domini facere archam, & in centum [7] aliis eam perfecit, & tunc cum omnibus præparatis intravit eam, ſtetitque aqua ſuper altiſſimos montes cubitis xv. Et eodem die dominico in Maio quo ingreſſus fuit anno revoluto cum univerſis quæ in archa erant egreſſus eſt. Fol. 5. b.

Secunda ætas mundi ab octo perſonis originem traxit, & prima à duobus tantum, ſcilicet Adam & Eva. Hæc ſecunda à Noë, & uxore ſua, & tribus filiis cum eorum uxoribus. Prima ætas in luxuria habundavit, quæ corpora polluit; ideo convenienter dei judicio generali diluvio per aquam terra [8] lota & mundata fuit. In fine autem hujus mundi, quia cupiditas habundabit illicite, igitur [9] adquiſita per ignem exurentur. Aurum & argentum per ignem purgari ſolent. Prima [10] eciam ætas mundi debite aſſimilatur primæ ætati hominis, puta infanciæ. Nam infantes ſunt debilis memoriæ, bona [11] vel mala eis facta cito obliviſcuntur. Sic eſt de prima ætate mundi, quæ licet diucius duravit quam tres ætates ſequentes, tamen de factis in ipſa ætate valde pauca in ſcriptura ſacra commemorantur, ſed de facto traduntur oblivioni. Noë, qui utramque novit ætatem, primam videlicet & ſecundam, ita vexatus erat diluvio, quod maxima devotione dominum oravit, ne ultra diluvium dominaretur ſuper totam terram, & reſponſum habuit à domino quod nequaquam mundum diluvio deleret; & oſtendens dominus yridem, id eſt, archum cœleſtem, "hoc ecce", inquit, "ſignum fœderis quod do inter me & "vos, & omnem animam.". Gen. IX. [12] Unde, ut ſcri- Fol. 6. a.

1. Et c. Per (*pro* & cetera per) *C. C.* 2. Molliter veſtire ad *C. C.* 3. *Deeſt* *C. C.* 4. Sericarum *C. C.* 5. Hujus. Huic *C. C.* 6. Id *C. C.* 7. Annis eam *C. C.* 8. Tota *C. C.* 9. Per ignem adquiſita exurentur *C. C.* 10. Autem *C. C.* 11. Ve *MS.* 12. Verum, ut *C. C.*

bit

bit Josephus, pepigit deus fœdus, quod non ultra foret diluvium, & in signum posuit archum suum in nubibus, & est signum duorum, scilicet Judicii per aquam præteriti, ne timeatur, & futuri per ignem, ut exspectetur; & [1] habet duos colores, cœruleum, qui aquosus est, & est exterior, quoniam diluvium præteriit, & rubeum, Fol. 6. b. qui est igneus, qui est interior, quia futurus est ignis. Et tradunt Sancti, quod XL. annis ante [2] diluvium non videbitur archus iste. Tunc benedixit eis deus, dicens, "Crescite & multiplicamini, & sit tremor vester super "universa animancia terræ." Hoc dictum est eis in solacium, ne pauci homines à pluribus bestiis opprimi timerent, [3] quasi diceret eis, "Olera virencia, [4] quæ prius "dederam vobis in cibum, nunc trado vobis animantia." Et sic, secundum dei præceptum, deo benedicente, creverunt in populum magnum, ita ut, Noë vivente, ex tribus filiis suis nati sunt viginti quatuor milia virorum & centum præter mulieres & parvulos, habentes super se tres duces, qui diviserunt inter se mundum. Sem possedit Asiam, Cham [5] Affricam, & Japhet Europam. De Sem descenderunt XXVII. generationes, de Cham descenderunt XXX. generationes, & de Japhet XV. Qui de stirpe Cham descenderunt multi erant perversi. De Sem & Japhet multi erant morigerosi. Iste Japhet à Noë, patre suo, cordialiter benedictus est, propter ingenuam nobilitatem, eique dilatationem prolificationis à deo [6] imprecabatur. Demum orta est libido dominandi. Unde Fol. 7. a. [7] Nembroth, gigas x. cubitorum, filius Chus, filii, secundum quosdam, [8] Cham," regnavit super filios Cham, & Jectan regnavit super [9] filios Japhet. Sem biennio post diluvium genuit Arphaxat, & fertur [10] iste fuisse ille famosus Melchisedech, qui primus post diluvium condidit urbem Salem, quæ nunc dicitur Jerusalem. Quidam post, nomine Assur, volens rebellare contra [11] deum, in ædificatione turris Babel, cum Nemroth, fugit ideo de terra Sennar ad aliam regionem longinquam prius non

1. Habuit *C. C.* 2. Judicium *C. C.* 3. Qui *pro* quasi *in C. C.* 4. Qm̄ prius *C. C.* 5. *Sic & C. C. pro* Africam. 6. Imprecabitur *C.C.* 7. Nimrod *C. C.* 8. *Deest C. C.* 9. Filios Seme, & Suphen super filios Japhet Sem biennio *C. C.* 10. Istum fuisse illum famosum *C. C.* 11. Dominum *C. C.*

inhabi-

inhabitatam, quæ ex ejus nomine vocatur Assiria, & ædificavit ibi civitatem, quæ [1] prius vocata est Ninive, quæ fuit metropolis tocius regni Assiriorum. Prædicti vero tres principes, [2] Nembroth, Jectan & [3] Suphene cum populis suis convenerunt in campum Sennar post mortem Noë formidantes diluvium iterum posse inundare, dixeruntque, "ædificemus turrim, cujus altitudo pertin-"gat usque ad cœlum" &c. ut habetur Genesis xi°. Videns autem deus stulticiam eorum, miraculose in pœnam peccati eorum linguas confudit, [4] & sic dispersi sunt per totum mundum, & divisi sunt in turmas [5] secundum numerum linguarum, videlicet LXXII. Nam, secundum Isidorum, melius homo viveret cum cane suo quam cum homine ignotæ linguæ. Antiqua lingua ab Heber, patre Phaleg (cujus nomen sonat divisio, & in cujus tempore fuit hæc divisio linguarum) ipsam Hebræam tunc cum sua familia tenente, ex tunc dicta est lingua Hebreïca, & hoc plane ostenditur, quia nomina quæ leguntur usque ad divisionem linguarum Hebræa sunt. Et [6] nota, secundum Augustinum, quod numerus linguarum fuit secundum numerum generationum, scilicet LXXII. Auctus est autem numerus gentium multo amplius quam linguarum. Nam in una lingua plurimas gentes esse novimus. Post hanc confusionem linguarum iste nequissimus Nembroth ad Persas abiit, & eos ignem pro deo colere docuit, Babilone relicto filio suo Belo qui ei successit. Huic successit filius suus Ninus, qui regnavit super Assirios, & ejus metropolim ampliavit, & nomine suo Ninive appellavit, & bella frequentatus totam Asiam sibi subjugavit. Ab isto superatus est [7] Zoroastes, alio nomine dictus Cham, filius Noë, rex [8] Braccianorum. Hic risit quando primo natus est, & artem magicam invenit, cujus libros iste Ninus combussit. Iste, ut asseritur, [9] Zoroastes septem liberales scientias in XIIII. columpnis scripsit, VII. æneis & VII. latericiis, contra utrumque diluvium aquæ & ignis. Iste eciam Ninus fecit

Fol. 7. b. (margin, at "numerum linguarum, videlicet LXXII. Nam, secundum")

Fol. 8. a. (margin, at "mine dictus Cham, filius Noë, rex Braccianorum. Hic")

---

1. Post *C. C.* 2. Nimroth *C. C.* 3. Suphen *C. C.* 4. Et *e.* Sic *C. C.* 5. Sed *pro* secundum *in C. C.* 6. Non *pro* nota *in C. C.* 7. Zoroastres *C. C.* 8. Bactrianorum *C. C.* 9. Zoroastres *C. C.*

[1] ymaginem pro patre suo Belo rege mortuo, & ab illa ymagine incepit primo Idolatria. Tantam ipsi ymagini contulit reverentiam, ut reos ad eam fugientes [2] pardonaret; ideo deinde Belum rudes homines deum esse putabant. Hoc exemplo alii magnates imaginibus suis & aliorum ab eis intime dilectorum similes reverentias contulerunt, & sic crimen ydolatriæ primo exortum est. Processu temporis floruit Abraham dei dilectus, qui una vice cum paucis propter Loth percussit IIII. reges, quorum unus dicitur fuisse Nembroth, qui hîc vocatur Amraphel. In ortu Abrahæ incepit tercia mundi ætas, & hæc duravit ad nativitatem [3] Moysy, qui eduxit manu dei filios Israel ab [4] Egipto. Et in ipso deserto monte [5] Synay dedit deus Moisy legem in duabus tabulis saphireis à populo suo debite observandam.

Fol. 8. b. Hac quarta ætate mundi incipiente fuit hoc regnum primo inhabitatum à mulieribus [6] sine masculis, ut ex antiquis nobis relinquitur scriptis, & primum nomen erat Albion, secundum Ranulphum, ab albis rupibus in & circa littora maris de longe apparentibus, vel à quadam regis filia, nomine Albina, cum sororibus suis huc applicantibus [7] sine masculis, ut prædixi, eam primo, ut notitia scripturarum ostendere potest, inhabitantibus, patreque dictæ [8] Albinæ & sororum suarum [9] Dioclisiano nomine, rege Siriæ, qui eas procreavit de uxore sua nomine Labina numero XXX. vel, secundum quosdam, XXXIIII. Cumque virgines prædictæ ad annos nubiles pervenissent, tot principibus sub patris earum imperio erant copulatæ. Quid plura? Certorum temporum circulo sponsis [10] supra mel & fanum sponsarum placuit præsentia, & è converso. Sed secundum antiquissimos & maximæ auctoritatis viros prosperitas & divitiæ non possunt diu continuare, ut in ipsis apparuit sororibus.
Fol. 9. a. Diaboli incitatione inter ipsas & maritos latens odium seminatum est, ita ut in maritorum suorum mortem conspirarent, &, ut id deduceretur ad actum, per internun-

1. Imaginem *C. C.* 2. Perdonaret, jam dictum Belum rudes *C. C.* 3. Moysey *C. C.* 4. *Sic etiam C. C.* 5. Sinay *C. C.* 6. Super masc. *C. C.* 7. Super masc. *C. C.* 8. Albaniæ *C. C.* 9. Dioclesiano *C. C.* 10. Super *C. C.*

cios

cios suos [1] statuerunt die & loco limitatis omnes pariter obviare. Venit dies, affuerunt, & ipse non defuit in cibis & potibus quod sumptibus adquiri posset. Tandem in unam cameram intrantes, semotis aliis adventus sui causam invicem [2] ruminabant. Et quia eloquentia & audacia ceteris senior Albina nominc præpollebat, suas in hunc modum sorores allocuta est: "Ecce, amantissimæ "sorores, quantæ nobilitatis ortum traximus palam "noscitur, & quod filiæ magnifici regis sumus nulli "[3] vertitur in dubium. Dum paternalis pallacii ambitu "cingebamur, quis regum aut principum protervum "quid nobis ostendere ausus est? Et, ut verum dicam, "inexpertum est. Nec modo nobis latet ex quo à pa-"rentum nostrorum contubernio recessimus, [4] præhabita "dignitate privamur, viris nostris, qui nobis olim genua "[5] flectebant, & servire prompti erant, modo contrario "nunc obedire cogimur. [6] Consulo igitur ut utamur cau-"telis. Retrahamus nos à tantis insolentiis, & cum à "nobis aliquid [7] eis placabile petant omnino negetur. "Et si ira accensi quovismodo murmurent, ortum no-"strum nobilem & [8] præhabitam cum honore dignita-"tem, vultumque tristem, torvum, & flebilem eisdem "[9] obiciamus, & his mediis pristinam superioritatem "nobis [10] sine dubio adquiremus." Placuit aliis hæc [11] exortacio, domorsumque singulæ se properantes, protervas & implacabiles pessimasque, si ita dicerem, se maritis suis reddiderunt. Stupefacti, & non mirum, mariti, ob [12] parentelæ reverentiam eisdem parcentes, primo [13] favorabiliter verbis blandis, secundo robustioribus dictis & minis, tercio coacti verberibus eas domare temptabant: sed frustra; corda earum indurata mollificari non poterant. Nec diu fuit quin sermo venit ad regem. Ipse inde valde conturbatus, tam maritos quam conjuges omnes pariter die limitata convocavit; quibus venientibus lætum vultum præbuit, & ditioribus quæ Fol. 9. b.

1. Statuerent *C. C.* 2. Remunerabant *C. C.* 3. Vertetur *C. C.* 4. Præhibita *C. C.* 5. Flectabant *MS.* 6. Consilio *C. C.* 7. Ab eis *C. C.* 8. Præhibitam *C. C.* 9. Objiciamus *C. C.* 10. Super *pro* sine *in C. C.* 11. Exhortatio *C. C.* 12. Parentelem *C. C.* 13. Favorabile *C. C.*

Fol. 10. a. adquiri poterant epulis refecit; tandem filias suas loco secreto congregatas de sua protervia multum redarguit, quæ de patris monitis verecundæ promiserunt se omnia prius malefacta humiliter emendare, verba mellea emittentes, sed felleo conceptu minime eradicato. [1] Unde, patre ab eis recedente, firmiter inter se statuerunt eadem nocte maritos suos occidere eorum [2] guttura scindendo, tutius credentes tantum nephas paternali palacio quam alibi perpetrare, quod & eadem nocte compleverunt. Mane facto, clamor factus est per castra, actuque palam cognito, arestatæ & captæ immisericordes heæ feminæ paternali judicio omnes dampnatæ sunt. Concremationis judicio [3] magnatorum mediatione mutato, in navim [4] sine remigio (sed cum victualibus) in mari positæ sunt perpetuum exilium [5] subituræ, & ad hanc desolatam insulam tandem applicuerunt. Aliam considerationem [6] hujusmodi processus habet David Pencair, orator conspicuus & manu scriptoria diebus suis vir ex-

Fol. 10. b. cellentissimus. Hic in Chronica quam edidit hanc materiam tangit sub hac forma, allegans pro se Ovidium in libro Epistolarum, sive Heroïdum, epistola XIIII. sic inquiens: "Belus pro deo ab hominibus primo acceptus "genuit Ninum, regem Assiriorum, conditorem Ninive "civitatis, metropolis Assiriorum. Hic de uxore sua, no- "mine [7] Semiranide, genuit Abantem Danaium, & Egi- "stum, alias Egiptum, fratres. Iste Egistus habuit L. fi- "lios, & frater suus Danaius habuit quinquaginta filias, "quibus matrimonio copulatis, jussu Danaii prædictæ "filiæ suæ interfecerunt una nocte limitata omnes ma- "ritos suos, excepta [8] Ipermestra, minori filia omnium, "quæ amore stringente pepercit marito suo nomine Lino. "Nam prædictus Danaius timuit subpeditari à maritis "filiarum suarum. ob quod factum misericordiæ dictus "Danaius incarceravit filiam suam Ipermestram." Et sicut prius allegavit dictus [9] David Ovidium, sic post pro confirmatione allegavit pro prædictis Orosium libro

1. Verum *pro* unde *in C. C.* 2. Guttere *C. C.* 3. *Sic.* 4. Super *pro* sine *in C. C.* 5. Subitare *C. C.* 6. Hujus processus habuit *C. C.* 7. *Sic.* 8. Hipermestra *C. C.* 9. Davit *MS. At in C. C. pro hac voce legitur* Dani.

primo

primo quod Danaius, & Egistus, vel Egiptus, erant fratres, & filiis Egisti interfectis omnibus præter Linum, ipse Linus prosequens tantam proditionem [1] judicialiter" coëgit omnes uxoris suæ sorores numero XLIX. proscribi diebus Josuæ secundum Marianum in Chronica sua, quæ, ut prædicitur, impositæ navi cum victualibus sine ductore venerunt ductu fortunæ in hanc insulam. Discordia istarum historiarum stat in duobus, videlicet in numero feminarum & nomine patris earum. In prima historia [2] numerantur XXX, vel XXXIIII. & in secunda historia numerantur quinquaginta; & in prima [3] historia pater earum nominatur [4] Dioclisianus, & in secunda vocatur Danaius. Utrumque nomen incipit cum D litera, [5] & sic, ut credo, prima opinio erat ex vicio scriptoris. De provincia ortus earum non est multum curandum. Nam Siria potest accipi pro Assiria, & pater earum rex Ninus ampliavit regnum Assiriorum. [6] Unde, secundum magistrum Bernardum [7] Maguntinensem, [8] allegans pro se Jacobum de Vitriaco, sanctæ Romanæ ecclesiæ quondam legatum in partes mundi orientales, regnum Assiriorum divisum est in quatuor. Tota enim terra à [9] Tugri fluvio usque ad Egiptum generaliter Siria nuncupatur. Pars tamen prima est inter fluvios Eufratem & Tigrim, & protenditur per longum ab aquilone in austrum, hoc est, à monte [10] Tauroo usque ad mare rubrum, & hæc vocatur [11] Mesopotania Siriæ, quasi media inter aquas prædictas, & [12] habet gentes multas, scilicet Persas & Medos, quibus ab austro conjungitur Chaldea, in qua est Babilonia magna juxta [13] fluvium Thobar. De hac turri præloquutum est, & de ea tangitur Genesis XI°. & illi ab austro adjacet Arabia usque ad mare rubrum. Secunda Siria incipit à fluvio Eufrate, & terminatur in rivo [14] Valaniæ, qui rivus demum cadit in mare Mediterraneum. In hac sita est Antiochia. Tercia est Siria Phœnicis, quæ incipit à dicto

Fol. 11. a. / Fol. 11. b.

1. *Deest C. C.* 2. Numeratur *C. C.* 3. Ætate pater *C. C.* 4. Dioclesianus *C. C.* 5. Et c. ut credo, *C. C.* 6. Verum, secundum *C. C.* 7. Decanum Magunt. *C. C.* 8. *Sic.* 9. Tigri *C. C.* 10. *Sic etiam in C. C.* 11. Mesopotanea, quasi *C. C.* 12. Habuit *C. C.* 13. Flumen Chobar *C. C.* 14. *Sic MS. Leg.* Valoniæ.

fluvio

fluvio Valoniæ ab aquilone, & extenditur [1] usque austrum
Fol. 12. a. usque ad petram deserti [2] sub monte Carmeli. In ista erant civitates Sydon, Tirus, Acon, & Capharnaum. Quarta Siria est Siria Damasci, cujus metropolis est civitas Damascus, & in ea est mons [3] Libiani. In quibus partibus Siriæ manserunt Danaius & Egistus non videtur determinatum. Conjecturari tamen potest quod Danaius regnavit in secunda Siria, quæ terminatur in mari magno sive mediterraneo, ubi est Antiochiæ civitas portus marinus, & in illud mare transmissæ sunt istæ sorores pro [4] imperpetuo exulatæ. Alii tamen tenent, quod regnavit post in Egipto tempore Josuæ. Hujus opinionis est Marianus in Chronica sua. Nominat filium Egipti, uxoris beneficio salvatum, Lintheum non Linum. Potest [5] esse, pro [6] illa horribili incitatione filiarum suarum ad occisionem [7] maritorum aut profugatus est in Egiptum, vel ibi tenuras magnas aliquo legitimo titulo tenens illuc pro majori securitate corporis sui fugit. Hanc ambigui-
Fol. 12. b. tatem non determino, totum relinquens deo. Jam [8] redeundo ad processum historiæ. Istæ mulieres quot in numero non certo sed indeterminato hîc applicuerunt, quarum senior Albina nomine ceteris alloquuta est, inquiens:
"O amantissimæ sorores, fortuna nobis sinistrante, pro-
"prias sedes naturales amisimus, non tamen [9] totaliter
"infortunio commissæ sumus. Pro divitiis propicius
"deus contulit sanitatem, & maritimam solicitudinem
"convertit in terrestrem soliditatem. Ut ante diluvium
"nobis eadem conceditur libertas de pellibus animalium
"[10] vestiri, & fructibus arborum & radicibus saciari,
"&, quod plus est, de carnibus & piscibus ingenio no-
"stro capturis, nec desunt fontes aquarum dulcium flo-
"ridissime [11] scaturientes, & ex [12] prunis, piris & pomis
"alia pocula nobis arte ministrante faciamus, & [13] læte-
Fol. 13. a. "mur in domino, qui nos non ex toto dereliquit; [14] ac
"quia ego inter vos senior & prima insulæ soliditatem

---

1. Versus austrum *C. C.* 2. Versus monte *C. C.* 3. Libani *C. C.* 4. Impertuo *C. C.* 5. Esse, quod pro *C. C.* 6. Illo *MS.* 7. Maritorum suorum aut *C. C.* 8. *An* redeundum? 9. Totalem *C. C.* 10. Vestiri de fructibus *C. C.* 11. Saturientes *C. C.* 12. Parvis piris *C. C.* 13. Lætamur *C. C.* 14. At *C. C.*

"[1] attigi,

"[1] attigi, à nomine meo, quæ Albina vocor, hanc in-"ſulam Albion volo nominari." Paruerunt & ceteræ ſororis ſenioris exhortationi. Tunc circuentes terram eam placabilem invenientes, cum fructibus & radicibus primo nutritæ, poſtea ingenio carnibus & piſcibus captis [2] impinguatæ, lacrimis ab [3] eorum oculis [4] exſiccatis cœperunt [5] exaltari. De quatuor elementis nichil eis defuit. Per artem [6] calibe & cilicibus habuerunt ignem. [7] Aier ubique erat ſalubris. Aqua ubique ſcaturiens eas ad placitum potavit, & terra aptum germen arboribus, frugibus, herbis, & [8] hujuſmodi uberime produxit. Incuborum poſtea uſi concubitu in magnam gentem gigantium increverunt. Ita ut applicante Bruto de nobili Trojanorum ſanguine, eorum gigantium triumphatore & ipſarum mulierum proſapia pleno expulſatore, in primo ſuo adventu in littore maris [9] apud" Plimton obviaverunt gigantes, ſed inermes, ultra ſexaginta; quibus ſagittis interfectis, excepto eorum omnium capitaneo nomine Fol. 13. b. Gogmagog ad tempus ſalvato, qui pro ingenti ſtatura admirabile eis contulit [10] ſpectaculum, volens videre luctationem [11] ipſius & Corinei, qui congredi cum talibus ultra modum æſtuabat. Itaque Corineus maximo gaudio fluctuans ſuccinxit ſe, & abjectis armis ipſum ad luctandum provocat. Inito tandem certamine, hîc Corineus ſtat, hîc ſtat gigas, & alter altrum vinculis brachiorum annectens crebris afflatibus aëra vexant. Nec mora, Gogmagog Corineum maximis viribus aſtringens fregit ei tres coſtas. Unde Corineus in iram compulſus revocavit vires ſuas, & imponens illum humeris ſuis, quantum velocitas pro pondere ſinebat, ad proxima maris littora ibi ſatis [12] propingua cucurrit, & deinde ſummitatem excelſæ rupis nactus excuſſit ſe, & letale monſtrum, quod ſuper humeros ferebat, in mare projecit. At ille per abrupta ſaxorum cadens in multa [13] fruſtra dilaceratus eſt, & fluctus ſanguine maculavit. Qui locus in

---

1. Attingi *C. C.* 2. Impinguante *C. C.* 3. *Sic. Leg.* earum. 4. Deſiccatis *C. C.* 5. Exultari *C. C.* 6. Calibæ *C. C.* 7. *Sic & C. C.* 8. Hujus uberrime *C. C.* 9. *Deeſt C. C.* 10. Spectaculum; hunc Brutus vivum reſervari præcepit, volens *C. C.* 11. Illius *C. C.* 12. Propinqua *C. C.* 13. *Sic. Leg.* fruſta.

hodiernum diem ſaltus Gogmagog appellatur. Vulgari
Fol. 14. a. lingua dicitur **Gogmagogs**[1] **leppe.** Et uſque[2] in hodiernum diem eorum imagines amborum in terra effigiantur ſecundum eorum [3] utrorumque veram longitudine & latitudine proportionem, & certi viri ibi & prope poſſeſſionati tenentur per tenuram ſuam dictas annuatim imagines ſervare nudas herbagio raſo. Certe ipſas nunquam vidi, ſed ſunt in confinio Cornubiæ & Devoniæ juxta eundem ſaltum. Et, ut vidi in ſcriptis, ipſe Gogmagog erat longitudinis XLII. pedum. Creverunt iſti gigantes ad numerum XII. millium virorum [4] giganteæ molis, exceptis mulieribus & parvulis, quos, quia inermes erant, Brutus cum ſuis telis & ſagittis cito delevit. Permanſit hîc illarum mulierum progenies ante Bruti adventum per multa centenaria annorum. Conſiderare poſſumus hîc, quod inter modernorum ſtaturam ad primæ ætatis mundi ante diluvium [5] comparandam hominum tunc temporis magna erat differentia. Seth, filius Adæ, ſecundum Methodium [6] martyrem, erat giganteæ ſtaturæ. [7] Autumant" multi viros tunc ſicut & nunc ſimilis fuiſſe ſtaturæ. Hii ſic ſentientes ut cæci & ut inſcii mente
Fol. 14. b. vagantur. Sed revera viri ingenio & diſcretione pollentes, auctoritate, ratione & experientia longe aliter credere edocentur. Scripturam vero ſanctam nemo ſanæ mentis negare poteſt. Scrutare libro primo ſacræ Scripturæ Geneſis [8] 6. capitulo, & invenies quod in diebus [9] hominum" ante diluvium gigantes erant ſuper [10] terra viri famoſi. De eorum magnitudine & ſtatura nunc certitudinaliter [11] determinare difficile eſt, niſi quod [12] convinci poteſt ex ſcriptis Johannis de Mandavilli Anglici militis & Doctoris in jure civili, contemporanei regis Angliæ poſt conqueſtum Edwardi tercii, qui ab anno domini MCCCXXII. ad annum domini MCCCLVI. militans erat cum ſoldano Babiloniæ & aliis dominis in Aſia & Affrica, & inter [13] cetera quæ vidit, ut ipſemet ſcribit in mirando Itinerario ſuo, refert

1. Lepe *C. C.* 2. Ad *C. C.* 3. Utrumque *C. C.* 4. Gigante *C. C.* 5. Comparationem *C. C.* 6. Mertyrem, erat vir giganteæ *C. C.* 7. *Deeſt C. C.* 8. Quinto capite *C. C.* 9. *Deeſt C. C.* 10. Terram *C. C.* 11. Denarrare *C. C.* 12. Conjeci *C. C.* 13. Certa *C. C.*

quod

quod eſt quidam portus à mari in Terram Sanctam [1] Portiaſe dictus, diſtans à Jeruſalem per unam dietam & dimidiam. alio nomine dicitur Joppe. Hanc civitatem fundavit Japhet, filius [2] Noë, ante diluvium, ubi adhuc in rupe apparent cathenæ ferreæ quibus vinctus fuerat & incarceratus ante diluvium Andromadas gigas, cujus gigantis coſta lateris ibi adhuc manens quadraginta pedes longitudinis habebat. Magiſter tamen Bernardus, decanus Maguntinenſis, ibi [3] nuper exiſtens, unum pedem prædictis addit, ut [4] primo hujus libri capitulo ſcripſi, ut patet parum ſupra. Poſt vero generale diluvium commemorat ſacra ſcriptura de gigantibus, ut patet [5] Numeri XXI. capitulo, & Deuteronomii III. capitulo de Og rege Baſan, qui [6] tantæ erat ſtaturæ in longitudine & latitudine, quod [7] tatalis exercitus filiorum Iſrael, numeratus ad DC M^l^. virorum, exceptis mulieribus & parvulis, in exitu Iſraël de Egipto, erat de eo perterritus. Sed juravit & confortavit eos deus ut non timerent. Hic, ſecundum opinionem Hebræorum, erat quaſi maximus unquam hominum. Et, ut ſcribunt orbis perſcrutatores, inter inſulam Tile & Northwagiam, parum citra polum articum, in inſula Grenland, ut creditur, nuncupata, in boreali mundi plaga, ſunt homines altiſſimæ ſtaturæ; & conſimiliter in auſtrali mundi plaga [8] uſque polum antarticum ſunt homines utriuſque ſexus ingentis ſtaturæ. [9] Et quanto propinquiores habitant polis, tanto longiores homines ſunt. Directe ſub polis eſt terra [10] pro frigiditate omnino inhabitabilis. Commemorat eciam beatus Auguſtinus libro de civitate Dei XV°. capitulo IX°. quod ipſemet non ſolus, ſed cum aliis fide dignis vidit in Uticenſi littore molarem hominis dentem tam magnam, ut ſi in [11] 'contemporaneorum ſuorum dentium modulos minutatim concideretur, centum ſibi & eis videretur facere potuiſſe. Addit eciam & allegat pro ſe Homerum & Plinium, quod ad finem mundi

Fol. 15. a.

Fol. 15. b.

1. Portiaphe *C. C.* 2. Noiē *C. C.* 3. Nuper epiſcopus, unum *C.C.* 4. Capite hujus libri promo ſcripſi *C. C.* 5. Numerum *C. C.* 6. Tanti *C. C.* 7. Totalis *C. C.* 8. Verſus polum *C. C.* 9. Et proximioribus quinto habitant *C. C.* 10. Pro ſuperioritate animo inhabitabilis *C. C.* 11. Contraneorum *C. C.*

[1] decrescet corpus humanum. Hæc ille. Multum latius de hac materia scripsi in quodam speciali tractatu quem feci de gigantibus, præcipue [2] de gigantibus post diluvium ortis. [3] Sed ipsis omissis ad successores & expugnatores gigantium Albaniæ redeamus."

Primum caput historiæ. Brutus rex primus. M.

Brutus [4] de nobili stirpe Trojanorum, secundum Galfridum, ac Alfredum, ac multos alios [5] historiagraphos de gestis Britonum scribentes, pro nece parentum suorum ab Italia expulsus Græciam adiit, ubi ope Trojanorum ibi inventorum Pandrasium regem Græcorum devicit, filiamque ejus nomine Innogen desponsavit. Trojanos à servitute Græcorum [6] pro imperpetuo" liberavit. Deinde à Græcia cum suis Trojanis & certis Græcis, omni scientia tunc habita valde peritis, [7] marino navigio se contulit, & juxta littora Tireni maris invenit multos [8] alios" Trojanos in illas partes dispersos sub strenuo duce nomine [9] Corineo, qui pro [10] majori" parte cum Bruto annexi sunt. Hii omnes pariter, secundum Henricum Huntingdon in Chronica sua libro primo capitulo secundo, navigantes, [11] circumeuntes Hispaniam, pervenerunt in brevi ad Aquitaniam, & partes Galliæ : ubi parva morula trahentes, & Brutus, ut nobilis princeps, civitatem ibi condidit Turonensem, sic nominatam à strenuo milite, Bruti nepote, nomine Turno, ibi fortuna belli occiso, & ibi eciam sepulto. Tandem mare repetentes oraculo Dianæ ad hanc devenerunt insulam, & prospero huc navigio evectus bona fortuna applicuit, & cum suis ad solidam terram prospere cito descendit, Hely tunc judicante super duodecim tribus Israël in Terra Sancta, & tunc, ut supra scribitur, gigantibus occisis totam insulam pacifice possedit, & nomen commutavit, eam vocans à nomine suo Britanniam, & gentem sibi [12] subjectam à suo [13] eciam" nomine Britones appellavit, & urbem Trinovantum, hoc est, novam Trojam, quæ nunc London, super flumen [14] Thamisiæ condidit, ubi

Uxor ejus M.

Fol. 16. a.

Civitas Turonensis fundata. M.

Unde nomen accepit Britannia. M.

Nova Troja London. M.

---

1. Decrescunt corpus hominum *C. C.* 2. A gig. *C. C.* 3. *Desunt C. C.* 4. Ex nobile *C. C.* 5. *Sic.* 6. *Desunt C. C.* 7. Maritimo *C. C.* 8. *Deest C. C.* 9. Cornico *C. C.* 10. Mari *C. C.* 11. Circuientes *C. C.* 12. Subditam *C. C.* 13. *Deest C. C.* 14. Thamesiæ *C. C.*

statuit

ſtatuit unum archflaminem in templo dei Appollinis, ſolidumque terræ ſuis diviſit. Corineo inclito duci provinciam contulit, quæ à ſuo nomine uſque in hodiernum diem Cornubia Latine, Anglice [1] Cornwayl appellatur. Et hæc pars multo tunc amplior erat quam modo eſt. Nam continebat citra eam modo comitatus Dorcetiæ, Somercettiæ & [2] Devoniæ; ſed rex [3] Athelſtanus diebus ſuis fugavit Cornubienſes ad angulum ubi uſque modo reſident, & ipſe muravit Exceſtriam, &, domo monialium deſtructa, fecit ibi eccleſiam nobilem, quæ modo cathedralis eſt. Proceſſu temporis de domina Innogen, præclara uxore ſua, genuit tres nobiles filios, Locrinum, Camber & Albanactum, qui, mortuo patre ſuo, terram inter ſe diviſerunt. Primo ceſſit totum à Trenta flumine ad mare auſtrale, & ab ipſo [4] dicta eſt Loëgria. Secundus habuit in partem ſuam totam terram à flumine Sabrinæ ad mare occidentale, & hæc pars ab eo dicta eſt Cambria, & nunc vulgariter dicitur Wallia, Anglice Walys.. Tercius eorum habuit in ſortem ſuam à Trenta & Humbria fluminibus" totam borealem plagam [5] inſulæ" uſque ad Scoticum mare, & hæc pars dicta eſt Albania à nomine tercii fratris, filii Bruti. Hæc continet borialem plagam Angliæ cum tota Scotia. [6] Regnavit Brutus annis XXIIII. Portabat in armis, ſecundum Johannem [7] Herdyng in Cronica ſua, [8] ut patet hîc":

Unde nomen incepit Cornewall. M.

Quantum continebat Cornubia in prima ſituatione. M.

Fol. 16. b.

Rex Altheſtanus muravit Exceſtriam. M.

Diviſio regni Britanniæ inter tres fratres. M.

Regiminis Bruti tempus duravit annis 24. M.

He bare on [9] gowlys ii. [10] leons of gold,
Countre rampant with gold both crownyd.
Of old Trojans he was the next [11] eyre fownd.
And in tho [12] armys he dyd thys Ile conquere.
Hys ancestry afor hym the same did bere.

---

1. Cornewall *C. C.* 2. Devonienſis *C. C.* 3. Altheſtanus ducibus ſuis *C. C.* 4. Dicta eſt Locgrina. In tres regiones diviſa eſt Brittannia major. Prima pars, id eſt, Loëgria, conceſſa eſt Locrino major [*l.* majori] natu, id eſt, à Trenta flumine ad mare auſtrale. Secundo filio, nomine Cambrio, aſſortita eſt ea pars, quæ totam terram à flumine Sabrinæ uſque ad mare occidentale. Quæ pars ab eo Cambria dicta eſt, quæ nunc Wallia dicitur. Minor natu habuit in ſortem ſuam â Trenta & Humbria fluminibus *C. C.* 5. *Deeſt C. C.* 6. Et regn. Brutus, eorum pater, annis XXIIII. Et portabat *C. C.* 7. Hardinge *C. C.* 8. Ut ſequitur *C. C.* 9. Gowlis *C. C.* 10. Lyons *C. C.* 11. Heire *C. C.* 12. Armes *C. C.*

A grete clerke com with hym also,
The whyche was callyd Corineus tho.
Fol. 17. a. Corineus cuntrey with owt fayll
Of him was callyd Cornwayll.

By him Gogmagog of Geants Kyng,
In wrestlyng had a fowll endyng.
He was a geant of gret strength:
fote
He was XL. cubetts of length:
And x. fote from the elbow to the [1] honde:
And xx. of brede in hym were fownde.

Erantque hæc arma Priami, regis Trojæ, & filii sui primogeniti strenuissimi militis Hectoris. Et pro auctoritate sua iste Johannes Herdyng allegat pro se Hugonem de Genesi Romanum in cronicis suis. Et, ut cronicæ docent, ipsi magnæ literaturæ viri à Græcia cum ipso eorum rege sæpedicto Bruto novæ advenæ locum pro eorum habitatione congruum eligebant, cui & nomen ab ipsis Græcis Greklade appellatum est: à quo quidem loco non multum distante situ medici qui erant inter eos periti locum eis appropriarunt congruum & situ salubrem, qui usque hodie ab ipsis medicis Lechlad appellatur. Mortuo [2] Bruto successit Locrinus. In cujus diebus hostes, [3] Huni scilicet natione, borialem insulæ plagam invadentes regem Albanactum interfecerunt. Superveniens rex Locrinus ipsos fugavit; quorum rex, nomine Humber, suis pro maxima parte occisis [4] targiversit se cum paucis relictis, qui ad fluvium diffugiens submersus est infra fluctus, & nomen suum dicto flumini reliquit pro imperpetuo, unde Humber in hodiernum appellatur diem. Ipse postea Locrinus de uxore sua [5] Gwendolena, filia ducis Cornubiæ, habuit filium, cui nomen impositum est Magdan, qui avi sui Corinei ducis curia nutritus est. [6] Sed statim defuncto Corineo, deseruit Locrinus Gwendolenam reginam, & fovit Estril-

Universitas de Græcklande. M.

Lychlade, id est, Græcorum & medicorum villæ. M.

Locrinus rex. M.

Fol. 17. b.

1. Hande *C. C.* 2. Bruto, conquæstore primo, successit *C. C.* 3. Hunisi natione *C. C.* 4. *Sic.* Tergiversit *C. C.* 5. Guindolena *C. C.* 6. Scilicet statim *C. C.*

dam,

dam, cujuſdam regis Germaniæ [1] filiam, in navi regis Humber inventam. [2] Sed regina Gwendolena ultra modum indignans adivit cito Cornubiam, collectoque exercitu congreſſa eſt hoſtiliter cum viro ſuo Locrino, qui eam reliquerat, ſecundum quoſdam apud Dorſett in comitatu Dorſettiæ, commiſſoque prœlio juxta fluvium Sturam, ex infortunio ibi Locrinus ictu ſagittæ percuſſus gaudia vitæ amiſit. Et quia ſuus [3] filius erat ſub minori ætate, Gwendolena igitur regina pro filio xv. annis regni ſuſcepit gubernacula, & filio tunc adulto ſceptro regni illum inſignivit. Circa hæc tempora judicabat Samuel, dei ſervus, in Judæa. Habuitque iſte rex Magdan duos [4] filios, videlicet Mempricium & Malun." Hic junior [5] proditorie à ſeniore [6] interfecto monarchiam [7] fratricidi reliquit. Erat vir [8] invidus & immiſericordia plenus, &, juxta illud Proverbiorum II^do^, "ira non habet miſericordiam", ſic nec ipſe, ſed erat ipſe contra omnes, & omnes contra eum. Ipſe Mempricius [9] monarcha exiſtens male intravit, peſſime proceres ſuos necando rexit. Tandem viceſimo regni ſui anno à multitudine rapidiſſimorum luporum circumdatus [10] miſerime vitam finivit, ab ipſis dilaceratus & devoratus. Nil boni de eo commemoratur, niſi quod probum filium & heredem generavit nomine Ebrancum, [11] & unam nobilem urbem condidit, quam à nomine ſuo Caer [12] Memre nominavit, ſed temporum poſtea decurſu Belliſitum, demum Caerboſſa, tandem [13] Ridohen, & ultimo Oxonia, ſive Oxenfordia, à quodam eventu de quodam [14] vado vicino per Saxones appellata eſt, quod nomen uſque hodie retinet. Crevit ibi poſteris diebus nobile ſtudium generale, ab inclita [15] Univerſitate" de Greklaad [16] dirivatum. Situatur inter flumina [17] Thamiſiæ & Charwell ibi obviantia. Urbs hæc, ſicut

Guindolena, uxor ac regina Locrini, pro filio imperium accepit, & regnavit quindecim annos. M.

Rex Magdan. M.

Fol. 18. a.

Rex Mempricius. M.

In loco, qui dicitur Wolvercott. M.

Ridehen alias Oxford. M.

1. Filiam nam regis *C. C.* 2. Scilicet *pro* ſed *in* *C. C.* 3. Filius, nomine Magdan, erat *C. C.* 4. Filios, unum Mempricium & alterum Malum *C. C.* 5. Prodito *C. C.* 6. *Sic &* *C. C.* 7. *Sic etiam* *C. C.* 8. Mundus & miſericordia plenus *C. C.* 9. Monarcham adeptus, male vixit, peſſime proceros ſuos *C. C.* 10. Miſerrime *C. C.* 11. Et villam nobilem *C. C.* 12. Mempris *C. C.* 13. Ridehen *C. C.* 14. Vactocinio per Sax. *C. C.* 15. *Deeſt* *C. C.* 16. *Sic.* 17. Thameſiæ *C. C.*

[1] Iheru-

[1] Iherusalem, ut apparet, est alterata. Nam mons [2] Calveriæ Christo passo erat juxta muros civitatis, & nunc infra murorum ambitum continetur. [3] Sic extra Oxoniam est modo quædam [4] larga planicies muris villæ con-

Belmounte. M.

tigua, & Belmount appellatur, quod sonat pulcher mons, & hoc quodammodo cum uno de antiquioribus nominibus urbis ipsius prænominatis & prærecitatis, videlicet Bellisitum; unde opinantur multi, Universitatem à [5] Greklad ad ipsum Bellum montem, [6] vel Bellesitum, [7] translatum" ante adventum Saxonum Britonibus in in-

Nota. M. Fol, 18. b.

sula regnantibus, & ecclesia Sancti [8] Ægidii, sub nomine cujusdam alterius Sancti dedicata, erat locus creationis graduatorum, sicut modo est ecclesia Sanctæ Mariæ infra muros. De hac nobili Universitate plenius tangam cum pervenero ad tempora regis Aluredi. Modo ad pro-

Ebrancus rex. M.

cessum rediens de Ebranco filio regis Mempricii herede loquuturus, invenio quod erat vir egregius & magnæ staturæ, & plures civitates nobiles & castra condidit,

Eboracum, Alclud, Edenbrougt, Maytros, Notingham, condidit. M.

puta Eboracum, Alclud, & Edenborugh in Scocia, [9] sæpe dictum castrum puellarum, [10] ait" Maylros, & Notyngham super montem [11] dolorosum super Trentam fluvium situm. Et, ut creditur, vocatur mons dolorosus propter magnum gemitum & dolorem Britonum, [12] quia" ibi cum [13] numerosa gente cecidit primus rex Albaniæ Albanactus, filius Bruti, & frater regis Locrini, per cruentas manus Humber, regis Hunorum, in flumine de [14] Hum-

RexBrutus, viride scutum. Rex Leyl. M.

ber, ut prædicitur, submersi. Hiis diebus regnavit [15] rex" David in Judæa. Huic successit filius Brutus cognominatus viride scutum. Deinde regnavit filius suus rex Leyl, qui condidit urbem in aquilonali parte regni, núnc dictam Caerleyl, ubi [16] sepellitur, &, ut asserunt Britones in Cronicis suis, condidit aliam civitatem dictam

Cestria. M.

modo [17] Chestur, caput provinciæ circumjacentis dictæ Chesturshire. Floruit iste Leyl, Salamone in Judæa nobiliter regnante. Post hunc regnavit filius suus Rud-

1. Jerusalem *C. C.* 2. Calvariæ *C.C.* 3. Sed juxta Oxoniam *C.C.* 4. Terga *C. C.* 5. Grekland *C. C.* 6. Ut *C. C.* 7. *Legend. forsan*, translatam. *Deest ista vox in C. C.* 8. Edigii s. n. c. alius Sancti *C. C.* 9. Sæpe deinde castrum *C.C.* 10. *An*, & ? 11. Dolerosum *C.C.* 12. Quod *C.C.* 13. Innumerosa *C.C.* 14. Humbre *C. C.* 15. *Deest C. C.* 16. Sepelitur *C. C.* 17. Chester *C. C.*

hudibrace,

hudibrace, qui condidit Caerkeyn, id eſt, Cantuariam, & [1] Caergudint, * id eſt, Wintoniam, atque opidum montis[2] Paladur, quod nunc Southamptona dicitur, & Shaftysbery. Huic Wintoniæ ſepulto ſucceſſit filius ſuus rex Bladud, qui condidit urbem Badonis, id eſt, Bath, fecitque ibi calida balnea. Hic etiam, [ſecundum] Johannem [3] Herdyng, condidit [4] Staunfordiam juxta paludes, ubi fundavit Univerſitatem, quæ continuavit ad tempora Sancti Auguſtini, cujus ſuggeſtione Sanctus Gregorius papa poſuit eam ſub interdicto propter [5] hæreſes, tunc ibi [6] emanentes. Et iſte [7] eciam" Bladud apud Bathoniam balnea calida fecit. In juventute ſtuduit Athenis, ac inde [8] duxit ſecum IIII. magnæ literaturæ viros, quos [9] Staumfordiæ reliquit. De ipſo ſcribit Johannes [10] Herdyng ſub hac [11] forma":

* Fol. 19. a.

Rex Rudhudibrace Caerkeyn, Wintoniam, Southehamton, & Shaftisbury condidit. M.

Rex Bladud Badonem, Stamfordiam condidit. M.

Staumford he made, ſo callyd to thys day,
In whych he made a Univerſite,
Hys noble [12] clerks, as [13] Merlion doth ſey,
Had ſcholars fell of great habilite,
Studieng over all allwey in unite,
In all the VII. liberall ſcience,
For to purcheſe wiſdam and ſapience.

Hæc ille. Iſte rex Bladud ingenioſus homo fuit, docuit nigromaniciam in qua erat peritus. Tandem paratis ſibi alis per ſummitatem aieris temptavit volare, ceciditque ſuper templum [14] Apolinis in urbe [15] Trinovantum, & in multa fruſtra contritus fuit. Mortuo rege Bladud, ſucceſſit filius ſuus rex Leyr, qui [16] ſuper flumen Soram condidit [18] Leyrciſtriam, & ibi ſtatuit [18] flaminem & templum in nomine [19] Janus, cumque ad diem extremum perveniſſet ſepultus eſt, ut juſſerat, in quodam

Fol. 19. b.

Rex Leyr Leceſtriam erexit. M.

1. Careguduit *C. C.* 2. Paladuris, q. n. Sothehampton d. & Shaftisbury. Huic *C. C.* 3. Herdinge *C. C.* 4. Stamfordiam *C. C.* 5. Hæreſes Palagianas tunc *C. C.* 6. *Sic etiam in C. C. Lege*, emanantes. 7. *Deeſt C. C.* 8. Secum duxit *C. C.* 9. Stamfordiæ *C. C.* 10. Hardinge *C. C.* 11. Forma ſequenti *C. C.* 12. Clarke *C. C.* 13. Merlyn *C. C.* 14. Apolonis *C. C.* 15. *Sic in MS. At* Trinovantum in fruſtra multa contritus fuit *in C. C.* 16. Subter *C. C.* 17. Leyçeſtriam *C. C.* 18. Flamen *C. C.* 19. Jani *C. C.*

ſubter-

ſubterraneo ſpecu ſub Sora fluvio infra [1] Leirceſtriam. Erat autem ſubterraneum illud conditum in honore bifrontis Jani. Ibi omnes operarii urbis, adveniente ſolempnitate diei, omnia, quæ per annum acturi erant, incipiebant. Simili [2] eciam" [3] tumilatione quidam de genere Britonum comes civitatis Caerguerienſis, quæ nunc Warwyk appellatur, ſub aqua Albani, alias [4] Avyn, ibi per ſuos ſumptuoſe ſepultus eſt. Iſte Leyr habuit tres filias, ſcilicet Goronillam duciſſam Cornubiæ, Ragan duciſſam Albaniæ, & Cordeillam reginam Franciæ, cui pater, quia eam odio habuit, nichil ei matrimonio contulit. Ceteris duabus [5] diviſit regnum ſuum. Aliæ filiæ ſuæ produxerunt duos formoſos juvenes, Morganum ducem Albaniæ, & Cunedagium ducem Cornubiæ. Et quia regi Leyr eſt proles maſculina negata, [6] ideo iſti duo diviſerunt inter ſe regnum. Tandem bello inter eos orto Cunedagius ſuum invaſorem Morganum, fugientem in Cambriam, perſecutus eſt, & eum interfecit, & tota provincia [7] ab interfecto uſque hodie Morgan appellatur. Tunc Cunedagius, alias Keneth vel Kenedancus, * monarcha effectus fundavit templum Minervæ & [8] flaminem apud Bangor, eciam templum Martis apud [9] Perch ultra Scoticum mare, ubi [10] eciam" poſuit & flaminem & [11] templum Mercurii in Cornubia, ubi natus eſt. Regnavit annis XXXIII. & [12] Eboraco eciam [13] ſepellitur. Huic ſucceſſit filius ejus [14] Rivallo, & poſt ipſum multi [15] alii ſucceſſive uſque ad [16] Dunwallonem Molmucium filium Clotonis ducis Cornubiæ, qui, aliis ſubregulis deſtructis, regni [17] tenuit monarchiam, & primus omnium coronatus eſt corona aurea. Priores ſui anteceſſores coronis [18] tantum" cupreis & deauratis utebantur. Iſte [19] etiam" in Loëgria, Cambria, & Albania fecit ſex templa & tot flamines. Condidit & leges, quæ ab eo trahunt nomen. Famoſas [20] eciam" fecit vias,

Warwick. M.

E quibus naſciturCunedagus, & Morganus. M.

* Fol. 20. a.

Cunedagus rex fundator fuit de civitate Bangar, ac etiam diverſa templa condidit in regno. M.

Rivallo rex fuit maximus viarum publicarum ac templorum, ac etiam flaminum inſtitutor. M.

---

1. Leiceſtriam *C. C.* 2. Enim *C. C.* 3. *Sic.* 4. Atin *C. C.* 5. Dimiſit *C. C.* 6. Idcirco *C. C.* 7. Ab interfecto Morgan uſque hodie appellatur. *C. C.* 8. Flamen *C. C.* 9. Pearch *C. C.* 10. Autem *C. C.* 11. Templum tertium in Cornubia in honore Mercurii condidit, ubi natus fuit. Et regnavit *C. C.* 12. Eboraci *C. C.* 13. *Sic.* 14. Rivallo nomine, & poſt *C. C.* 15. Alii Eboraci ſucceſſive *C. C.* 16. Dumwallonem filium Eutonis *C. C.* 17. Tenit *C. C.* 18. Tunc *C. C.* 19. Autem *C. C.* 20. Autem *C. C.*

ut

ut Fos & Watlyngſtret, quas multis articulis privilegiavit. [1] Huic ſucceſſit filius ſuus Bellinus, cujus frater Brennius condidit Briſtolliam, quaſi [2] Brend locum ; & iſte Bellinus condidit urbem Legionum in [3] Cambria, & Byllnſgate apud London, & Danmarchiam ſibi conqueſtu ſubjugavit. Hæc urbs Legionum, nunc dicta [4] Caerleon, à flumine ſubtus currente primo dicta eſt [5] Carusk, ſed à Romanis [6] ibi hiemantibus propter legiones ſuas *dicta eſt [7] Caerleon. Floruit ibi quondam nobilis ſtudentium Univerſitas. Ibi [8] eciam" ipſe [9] rex ſtatuit unum [10] archiflaminem, [11] alium London, alium Eboraco, & ſtatuit in diverſis locis de novo XIII. flamines, & fundavit templa correſpondentia, & poſſeſſionibus indotavit. Huic ſucceſſit filius ſuus [12] Gurgwynt, Latine Gurguncius. Iſte condidit [13] Caerwerith, id eſt, Longcaſtriam, [14] & urbem Legionum, quam ſuus pater in Cambria [15] condiderat, iſte muris nobilibus circumcinxit, decoravit, & fortificare ſtuduit. Erat hæc metropolis Demeciæ, id eſt, [16] Suthwalliæ, ſicut alia urbs Legionum, quæ nunc Ceſtria dicitur, erat metropolis Venedociæ, id eſt, Northwalliæ, quæ [17] eciam", ſicut & prærecitata, nomen traxit à legionibus Romanorum ibi commorantium tempore Imperatoris, expectantium placabilem [18] aieris tranſitum in Hiberniam. Anno VI. regni hujus regis Gurguncii, certis Hiſpanis à regno ſuo expulſis, ſub [19] Partholaym, corum principe, Hiberniam tunc vacantem de ſe ſuiſque ſub [20] omagio tenendam rex Gurguncius gracioſe conceſſit. Et [21] eorum principis fratrem Gantebrum nomine, [22] Cantebre" civitatis Hiſpaniæ verum heredem, ſecum retinuit, cui cum propria filia in uxorem dedit portionem terræ in Eaſtanglia,

Fos, alias Foſſa. Watlingeſtret. M.

Bellinus rex maximus urbium, templorum & flaminum fuit fundator. Brennius ejus frater condidit Briſtolliam. M.

* Fol.20. b.

Gurguntius rex, per quam nobilis princeps ac fundator urbium; ſcilicet Lancaſtriam, & Ceſtriam, &c. M.

Fol. 21. a.

1. Huic Rivalloni patri ſucceſſit *C. C.* 2. Brennii locum *C. C.* 3. Cambria, Billinſgate apud London, *C. C.* 4. Kereleon *C. C.* 5. *Sic. Sed* Caruske *C. C.* 6. Ibidem *C. C.* 7. Caerleon, id eſt, civitas legionum. Floruit *C. C.* 8. Autem *C. C.* 9. Rex Belinus ſtatuit *C. C.* 10. Archiflamen *C. C.* 11. Alium archiflamen Londini, alium Eboracem (*pro* Eboraci) *C. C.* 12. Gurgwinte, Latine Gurguntius, *C. C.* 13. Carewerith *C. C.* 14. Et præterea urbem *C. C.* 15. Condiderit *C. C.* 16. Suthwalliæ. Fecit etiam iſte aliam urbem Legionum, quæ nunc Ceſtria dicitur. Erat enim metropolis *C. C.* 17. Autem *C. C.* 18. *Sic.* Maris *forſan mallet non nemo.* 19. Partholaen *C. C.* 20. Homagio *C. C.* 21. Eorem *MS. noſter.* 22. *Deeſt C. C.*

Erectio civitatis & universitatis Cantabrigiæ. M.

ubi, ut scribunt Cantebrigienses, civitatem super flumen [1] Cant" condidit circa annum ab origine mundi [2] M. M. M. M. CCC. XVII." & quia vir literatissimus erat viros literatos sibi collegit, ac [3] sibi studium generale incepit, quod nostris temporibus in magno [4] floret honore. Quæ civitas à filio suo Grantino, qui pontem ibi fecerat, [5] Caergrant appellata vel [6] Grauntcestre secundum alios, & modo appellatur Cambryge, & est caput patriæ circumjacentis.

Iste rex Gurguntius devicit ac subjecit suæ ditioni Danemarchiam ac insulas Orchades. M.

Iste rex [7] Gurguncius, secundum [8] Gaufridum, cum vicini adversus eum rebellabant, audaciam exemplo genitoris revocans prœlia committebat in hostes, eosque ad debitam subjectionem reducebat. Inter alia contigit, quod rex Dacorum, qui diebus patris sui tributum eidem reddebat, huic reddere [9] negaret; quod ipse graviter ferens, duxit [10] navigium in Damerchiam, afflictoque durissimis prœliis populo [11] interfecit regem, patriamque pristino jugo supposuit.

Fol. 21. b.

Et cum, habita victoria, domum per insulas [12] Orcades [13] eas sibi subjecit, ibi, ut supra tangitur, triginta naves, viris & mulieribus [14] plenas, sibi [15] tributarios direxit, [16] sepultusque est iste rex in urbe Legionum in [17] Suthwallia, ubi uberes fecerat [18] exspensas. Regi Gurguncio xv°. anno regni sui apud Caerleon in Suthwallia sepulto, vel London, secundum alios, successit filius suus & heres rex Guthelinus, alias [19] Kenelinus vel [20] Kibelinus, quæ omnia unum nomen sunt.

Rex Guthelinus condidit Porcestriam, & etiam urbem Warwiciæ. M.

Iste diadema regni post patris mortem accipiens virtuose rexit. Erat enim vir benignus & modestus. Condidit ipse Porcestriam, id est, [21] Porchestre, prope [22] Suthamptoniam, & urbem Warwici, quæ caput est provinciæ circumjacentis, quæ & Caerleon est appellata [23] secundum nostrum Gildam, virum diebus suis literatissimum & moribus excellenter pollen-

1. *Sic & C. C.* 2. 4328. *C. C.* 3. Ibi *C. C.* 4. Floruit *C. C.* 5. Cairegrаunte *C. C.* 6. Grauncester *C. C.* 7. Gurguntius *C. C.* 8. Galfridum *C. C.* 9. Negabat *C. C.* 10. Navigum suum in D. *C. C.* 11. Regem eorum interfecit, patriamque sub pristino *C. C.* 12. Rediret, *vel quid simile, deesse videtur.* 13. Eas etiam sibi *C. C.* 14. Plenas in Hiberniam sibi *C. C.* 15. *Sic.* 16. Sepultus est *C. C.* 17. Southwallia *C. C.* 18. Exspensas. Anno regni sui decimo quinto, nonnulli dicunt sepultum esse apud London. Huic successit filius suus *C. C.* 19. Kanelius *C. C.* 20. Kimbelinus *C. C.* 21. Porchester *C. C.* 22. Suthehamptoniam *C. C.* 23. Secundum magistrum Gildam *C. C.*

tem,

tem, magni regis Arturi præcipuum capellanum. Qua occasione nescio, bene [1] tamen" novimus quod plura virorum & mulierum [2] nomina" ab ultimis syllabis brevi vocatione [3] noscuntur, ut Koc pro [4] Wylkoc, Ger pro Roger, & Bel pro Isabell, Bes pro Elizabeth, Grete pro Margrete, [5] & sic de multis aliis. Et sic ab ultima syllaba nominis regis [6] Gutheleon potuit appellari Caerleon, id est, Gutheleon civitas, quia Caer in lingua Britannica idem est quod civitas, & sic, ut videtur, Hebraïce idem sonat, unde Cariatharbe Genesis XXIII. dicitur à Cariath [7] Hebraïce", quod sonat civitas Latine, & arbe, [8] id est IIII.." hoc est civitas, IIII. scilicet nobilium [9] patrum ibi sepultorum, & est in Ebron. [10] ibi quiescunt, secundum Catholicon Adam maximum, Abraham, Isaak & Jacob, unde [11] Britannice sive Wallice caer est Hebraïce Cariath, & Latine civitas. Alia [12] eciam" consideratione [13] hæc urbs à Gutheleon rege condita [14] vocari Carleon à legionibus ibi certis temporibus congregatis, quia est in [15] umbelico regni quasi æqualiter distans à mari orientali & occidentali, puta ab Yermouth in Northfolchia, & à Menevia, quæ nunc nomen trahit à Sancto David in Westwallia, & [16] sic" in certis casibus ibi fuit conveniens congregatio [17] exercituum regalium. Sic rex [18] Ricardus tercius in medio fere regni congregavit [19] excercitum suum, quamvis [20] nichil sibi proficiebat, deo ob demerita sibi adversante. Sæpius ante hoc medio regni [21] adunatæ sunt tales [22] excercituum congregationes. Istis consideratis, reperio quod erant antiquitus tres urbes legionum: prima in Suthwallia; secunda in confinibus Loëgriæ & Northwalliæ, quæ nunc Cestria dicitur; tercia [23] in" Loëgria, quæ nunc Caerleon, quæ nunc [24] Warwyk appellatur, cujus conditor rex Guthelinus regnavit annis x. & nova Troja, scilicet London, sepultus est,

Fol. 22. a.

Fol. 22. b.

Tres urbes legionum, M.

1. Cum *C. C.* 2. *Deest C. C.* 3. Noscunt *C. C.* 4. Wilcoke *C. C.* 5. Et c. de *C. C.* 6. Gutheleon, civitasque Caer in lingua Britanea idem est quod civitas, ut videtur, Hebraïce idem sonat *C. C.* 7. *Deest C. C.* 8. *Desunt C. C.* 9. Patruum *C. C.* 10. Ubi *C. C.* 11. Britannice Wallia caer *C. C.* 12. Enim *C. C.* 13. Hac *C. C.* 14. *Sic.* 15. *Sic.* 16. *Deest C. C.* 17. *Sic.* 18. Richardus *C. C.* 19. *Sic.* 20. In nichil *C. C.* 21. Adjuvante sunt *C. C.* 22. *Sic.* 23. *Deest C. C.* 24. Warwick *C. C.*

circa tempora, ut conjecturari potest, nativitatis nobilissimi regis & conquestoris magni Alexandri, florentibus tunc vicissim famosissimis philosophis Socrate, Platone, [1] Aristotele", regina Hester, uxore regis [2] Assweri, nobiliter florente inter Assirios.

[3] Et quia hîc fecimus mentionem de istis honorabilibus philosophis, cum paciencia vestra non spero inutilem, sed fructuosam, licet parvam, digressionem de scientia, & scientiæ inventoribus, deo inspirante, hîc agere. Scientia vero multiplex est, aut intuitiva aut discursiva. Prima est quasi subita, & à deo quando & quibus pla-
Fol. 23. a. cuerit infusa. Hanc habent sancti in cœlo, tam angeli quam ceteri sancti quondam hîc viventium spiritus. Hæc erat data Adæ, dum erat supernæ curiæ raptus, cum erat in extasi, dum ex costa ejus Eva sibi formaretur in adjutorium simile sibi. Hæc eciam in veteri Testamento data est Abrahæ, & ex eo procedentibus patriarchis, & quam plurimis prophetis. Et in novo eciam Testamento data est Johanni apostolo & ewangelistæ, dum reclinabat in cœna domini ipsius pectore vel gremio; deinde Paulo apostolo, dum raptus erat in cœlum tercium, & multis aliis quibus deo placuit. Et qui antiquiores erant de se genitos docuerunt scientiam discursivam, crevitque sic scientia multorum pro experientiæ longævitate. Ideo ut priores & aptiores fierent ad probandum necessarias conclusiones per experientiam, longiorem eis deus contulit vitam. Cursus nempe stellarum, & conjunctiones maximas, immo & medias supernorum astrorum non sine tempore experire poterant, & multo securius, quia in illis partibus, ubi scrutacio scientiarum incepit, erat [4] aieris multa serenitas sine nubibus, aut nebulis, aut ceteris hujusmodi impedimentis,
Fol. 23. b. quin quaslibet planetarum applicationes possent optime aspicere. Longe aliter erat de scientia intuitiva. Nam Ezechiel propheta illustris libro scriptus intus & extra, omnem dulcedinem terrestrem superans gustansque, & subito cibatus, plus totali natione & cognatione sua

1. *Deest C C.* 2. Assueri *C. C.* 3. *Desunt omnia in C. C. ab hoc loco usque ad hæc verba,* Post mortem regis Guthelini *&c. fol.* 36. *b.* 4. *Sic.*

subito

ſubito novit. Spiritus ubi vult ſpirat; unde eximius prophetarum non ſe collaudans dixit, "lingua mea calamus "ſcribæ velociter ſcribentis." Spiritus nempe Sanctus neſcit [1] terda emolumenta, ut certiſſimum eſt. In novo certe Teſtamento die Pentecoſtes idem paraclitus de [2] rudis piſcatoribus eruditiſſimos fecit theologos. Ipſe paraclitus eis igneis linguis apparens, ſicut in [3] terræ Babilonis ædificatione in LXXII. homines ſuperſtites per linguas diviſit, ſic ipſa die [4] Pentacoſtes deus in electis ſuis omnes linguas adunavit. Nam apoſtolis & aliis electis Hebraïca lingua vel quavis alia loquentibus, qui eos audiebant [5] non linguam proferentis ſed lingua loquentium in linguam audientium commutabatur, ut extunc ipſi electi dei mirabiliter mutati ſunt. Nam de vecordia in audaciam, de inſcientibus ad ſcientiam, & de fragilibus Fol. 24. a. ad firmam vivendi gubernationem. Tunc ipſi cœleſti doctrina inebriati inducebant alios per ſcientiam diſcurſivam, quamvis eorum ſcientia erat libere & ſine labore adquiſita. Omnes iſti fuerunt Hebræi, &, ſecundum fratrem Rogerum Bacon, natione Anglicum, de comitatu Dorcettiæ, Sacræ Theologiæ Doctorem in Francia merito creatum, & modo inter ordinis ſui fratres Minores Oxon̄: ſepultum, [6] inter epiſtolas ſuas ad papam Clementem de laude artis Mathematicæ ſcribit, allegans pro ſe Ariſtotelem de libris ſecretorum ad Alexandrum Magnum, quod "Deus dedit Hebræis omnem ſapien"tiam antequam fuerunt philoſophi, & ab ipſis Hebræis "omnes nationes habuerunt philoſophiæ principium. "Albumazar libro introductorio majori, ac alii philo"ſophi, & Joſephus primo & octavo Antiquitatum libris "hoc manifeſte docent." Hæc ille. Et, ut ſcribit magiſter Hiſtoriarum, filii Chayn ante diluvium omnes artes invenerunt, & non filii Seth, qui vocabantur filii dei, quia, ut ſcribit Evangeliſta Lucas capitulo XV. "filii hu"jus ſeculi ſunt prudentiores filiis lucis." Et hoc manifeſtum eſt in eis. Heæ ſcientiæ per influentiam dei datæ, Fol. 24. b. & per doctrinam & diſcurcionem auctæ in poſteris multimodo multiplicatæ ſunt. Sed prima poſt diluvium ſci-

1. *Sic.* 2. *Sic.* 3. *Sic.* 4. *Sic.* 5. *Sic.* 6. *Sic hæc concipiuntur.*

entia

entia inventa, secundum scire meum, erat ipsa nephanda & detestabilis Nigromancia, quam primo adinvenit Cham, filius Noë, alio nomine dictus Zoroastes, rex Bractiorum. Ipse, ut scribit Augustinus, & doctores innumeri, qui, contra morem aliorum nascentium, risit in primo suo ortu quo matris cecidit ab uteris, ymo cum occisus fuit per Belum, regem Assiriorum, filium Nemphrot, ædificatoris turris de Babilon. Hæc scientia in multorum dampnationem ampliata est, præcipue per Democritum philosophum, & deinde per multos alios, & usque nunc in latebris servatur quasi nunquam [1] delendum est moritura. Scientiæ pro certo liberales septem in numero ante philosophiam inventæ sunt. Hæc ceteris aliis multo dignior, inventione posterior, discursive secundum triplicem philosophiæ divisionem discursivam habuit inventionem. Primi inventores dicti erant authonomatice septem sapientes. Quorum nomina sunt Tha-
Fol. 25. 2. les, Solon, Chilon, Periander, Cleobolus, Bias, & Pitacus. Primus omnium prærecitatorum Thales cognominatus Milesius, natione Asianus, Athenis claruit. A Milesia civitate dictus est Milesius. Ab Egiptiis Geometriam didicit, & obiit anno ætatis suæ LXXVIII°. Claruit tempore Romuli, Romæ conditoris, & Achab, regis Juda. Hic primo & primus post politicam naturalis philosophiæ factus est speculator, & inventor [2] fuisse considerationis stellarum, & nominationis præcipue Ursæ majoris, vulgariter dictæ **Charlmons wayn**; & naturalis astrologiæ præcipuus auctor fuit. De Solstitione & Æquinoctio primus post diluvium perscrutator fuit. De eclipsibus solis & lunæ ante ceteros tractavit. Tempora quoque anni fertur invenisse, & annum in CCCLXV. dies divisisse. Hic vero [3] Thales pauper erat. Vacans enim philosophiæ studiis, acquisitioni pecuniarum intendere non volebat. Cumque à quibusdam [4] exprobaretur illi paupertas, & quod sua philosophia esset sibi inanis, tali usus est ingenio ut confunderet exprobantes. Consideravit enim per astrologiam, cujus erat peritus, quod fu-

1. *Sic.* 2. *Vox* dicitur, *vel similis desideratur.* 3. Tales MS. 4. *L.* exprobraretur: *& mox,* exprobrantes; *& inferius,* exprobrantibus.

tura

turo anno præter consuetudinem ubertas magna fieret olivarum, quarum præcedenti anno copia fuerat. Ut plurimum enim olivæ post ubertatem deficiunt. Cum igitur hieme adhuc esset habundantia olivarum cultoribus in duabus civitatibus, scilicet Mileto & Chio, paucas pecunias pro arra fructuum anni futuri, qui parum credebantur excrescere, tradidit. Et cum, ut ipse præviderat, facta fuisset copia olivarum, multis quærentibus olivas emere precium tantum taxavit ut voluit, & sic multas collegit pecunias. Quo facto, ostendit exprobantibus non esse philosophiam inanem, quoniam philosophis facile est ditari. Istius Thaletis discipulus erat [1] Anaxinander, qui docuit Anaximenem, magistrum Anaxagoræ. Hic docuit Archilaum, magistrum Socratis, & Democritum, magistrum Pictagoræ. Socrates docuit Platonem, magistrum Aristotelis, qui primo per triennium fuerat discipulus eciam Socratis, quo mortuo adhæsit Platoni. Primi septem sapientes, secundum Augustinum, nulla de proprio labore scripta post se reliquerunt, sed [2] quædam morum honestate homines docuerunt. Hæc ille. Simile legitur de Socrate, qui solebat dicere, "Melius est scribere in cordibus viventium, quam in pellibus animalium mortuorum." Istius Socratis discipuli doctrinam ejus scripserunt, & in libros [3] redigerunt. Pigtagoras, de quo prælocuti sumus, noluit præsumere vocari sapiens; sed philosophus, id est, amator sapientiæ, & dicitur à philos, quod est amor, & sophos, quod est sapientia, & ab eo nomen philosophorum & philosophiæ incepit. Antiqui certe philosophi erant viri sanctissimæ vitæ. De Socrate scribit Tullius libro de Tusculanis, sic inquiens: "Socrates philosophiam evocavit de cœlo, & in urbibus collocavit." Et Ysidorus [4] primo Ethicorum sic ait: "Ethicam primus Socrates ad corrigendos componendosque mores instituit, ac omne studium ejus ad bene vivendum disputatione perduxit, dividens eam in quatuor virtutes animæ, id est, prudentiam, justitiam, fortitudinem & temperantiam."

Fol. 25. b.

Fol. 26. a.

---

1. *Sic.* 2. *An* quadam? 3. *Sic.* 4. *Ita MS, Hæc autem verba occurrunt Orig. lib.* II. *c.* 24.

Virtutibus

Virtutibus erat ipsemet mirabiliter præditus, ita ut propter virtutum heroïcarum eminentiam eum ultra hominem eciam philosophi pronunciarent. Multum enim dominabatur suis passionibus. Erat autem in eo iræ signum vocem submittere & loqui parcius. Ipse eciam mundialium omnium contemptor erat. Nemo eum in
Fol. 26. b. adversitatibus tristiorem, nec in prosperis alacriorem vidit, sed semper æqualis erat in vultu in magna inæqualitate fortunæ. Consueverat discipulis suis suadere ut crebre seipsos in speculis contemplarentur, ut qui eorum foret pulcritudine complacitus studiose procuraret ne dignitatem corporis malis moribus dedecoraret; qui vero minus se commendabilem formam gerere putaret, sedulo operam daret, ut virtutis laude turpitudinem tegeret. Doctrinæ Socratis. Iste sanctus vir, inter cetera multa, dixit plura regibus & regali consilio utilia. Sed [1] plurimis hîc pauca subinfero:

"Contraria consilio sunt ira & festinatio." Et sequitur:

"Velox consilium sequitur pœnitentia.

"Principium amicitiæ est bene loqui: male dicere est "inimicitiarum exordium.

"Communitas sine sapientia est sicut sine rege provincia.

"Nulli imponas quod ipse facere non poteris.

"Qui in alios potestatem [2] excercet, primo suam con-"scientiam purgare debet; ut qui delicta corrigit, non "admittat vitetque quod judicat puniri.

Fol. 27. a. "Si pacem vis belli mencionem ne feceris.

"Melius est cavere quam pavere.

"Utilius est erubescere quam pavescere.

"Quod habes ita utere ut alieno non egeas.

"Plurimi sæpe sua amittunt dum appetunt aliena.

"Nullus alium punire debet, qui propriis passionibus "dominari nescit.

"Viri boni est scire pati, nec scire facere injuriam.

"Iracundia infelicia germinat: falli namque poterit "fama, consciencia vero nunquam."

Multa autem ejus dicta atque per alios scripta vidi, quæ hîc non intitulavi. Et finis ejus erat bonus, in causa

1. *An* è plurimis? 2. *Sic.*

dei

dei obiit. Pluralitatem deorum negabat. Unde judicialiter in nomine unius dei venenum ſine periculo bibebat, deinde ipſi [1] Idolatri ſub nomine deorum ſuorum dabant, quo obiit poſt xxx. dierum incarcerationem. Cum unus ſibi diceret, "Athenienſes æmuli tui morte te "condempnaverunt," dixit ille & altri, "& illos natura;" & cum potum mortis ſuæ biberet, conſuetum non triſtem habuit vultum, [2] eundemque poculum non aliter quam medicamentum immortalitatis accepit, & de mortis contemptu uſque ad vitæ exitum libero animo diſputavit. Vidit in ſompnis pulchritudinis eximiæ feminam, quæ eum nomine vocavit, dicens Homericum quendam hujuſmodi verſum : Fol. 27. b.

"Tercia te [3] Putela tempeſtas læta locabit."

Quod dictum ſic contigit. Mortuus eſt igitur Socrates veneni poculo anno vitæ ſuæ XCIIII°. Poſt mortem vero ejus Athenienſes, pœnitencia ducti, dampnatores ejus morti adjudicantes imaginem ejus in templo collocaverunt. Obiit iſte vir nobilis in unius dei cauſa diebus Aſſueri regis Aſſiriorum.

Plato, diſcipulus Socratis, philoſophus Athenienſis tempore Darii regis Perſarum natus eſt, cujus ori parvulo dormienti apes mel [4] infuſerunt, eloquentiæ ſuæ futuræ excellentiam portendentes. Hic, ut Socrates, vultum ſuum in ſpeculo ſæpe videre volebat, non curioſitatis vel compoſitionis gratia, ſed ut videret, quid per ſtudium de ſtatu naturali mutaſſet faciei judicio, ut conſervaret ac relevaret naturam, ne [5] labore inſueta diæta corrumperetur. Platonis verba eruditione plena multa fuerunt, quorum quædam ſequuntur :

"Tunc beatus & felix cenſendus eſt orbis terrarum, "cum ſapientes efficiuntur reges, aut reges efficiuntur "ſapientes. Fol. 28. a.

"Res publica ante omnia præferenda eſt.

"Qui rei publicæ profuturi ſunt, duo præcepta tene- "ant; unum, ut utilitatem ſic tueantur Communitatis, "quod quæcumque agant, ad eam referantur, obliti com-

1. Sic. 2. Sic. 3. Sic. 4. Sic. 5. Sic.

 "modorum

"modorum suorum; altrum, ut totum corpus rei pu-"blicæ curent.

"Parum deest cum subditos opprimit magistratus, ac "si caput adeo intumescat, ut à membris sine molestia "gravi [1] fieri non possit. Hanc autem passionem sine "gravissimo dolore membrorum [2] tollerari aut curari "impossibile est.

"Et cum in subjectos potestas sævit idem est, ac si "tutor pupillum persequatur, vel cum suo mucrone ju-"gulet, ob cujus defensionem ab eodem traditum tibi "gladium accepisti. Re namque publica frui jure pu-"pilli percelebre est, & eam tunc demum recte proce-"dere cum caput ejusdem inutile esse cognoscit nisi fi-"deliter membris cohæreat.

"Vilitas hominis cognoscitur in multiloquio.

"Homines & vasa [3] testea simili modo probamus: "illa quidem in sono, homines vero in sermone co-"gnoscimus.

Fol. 28. b. "Cave ab inimico potente, & domino prædatore." Plato iste scripsit duos libros de re publica, & de legibus decem, in quibus multa præclara sunt. Posuit ipse animæ immortalitatem. Interrogatus semel per quid cognoscitur sapiens, ait, "Sapiens cum vituperatur non "irascitur, & non extollitur cum laudatur. Et tempe-"rancior aliis est cui sufficit quod habet." Interrogatus quis inter homines sit fortior, respondit, "qui propriam "potest iracundiam vincere. Nolo igitur, ait, ut puni-"endus sit in ejus potestate, quia in sua non est po-"testate." Mortuus est autem Plato tempore Philippi regis Macedoniæ, patris Alexandri Magni, anno ætatis suæ LXXXI. natalis [4] suæ die. Ideoque magi, qui tunc Athenis erant, immolaverunt defuncto, amplioris eum fuisse sortis divinæ quam humanæ arbitrati, quia consummasset perfectissimum numerum, quem novem novies multiplicata componunt. Et de facto vir valde virtuosus erat. Peregrinus pro scientia multa regna visitabat. Et secundum Augustinum Confessionum libro & de Civitate Dei, evangelium Johannis, "In principio erat

1. F. ferri. 2. *Sic.* 3. F. testacea. 4. *Sic.*

"verbum",

"verbum", pro magna parte, & alias Sacræ Scripturæ auctoritates, licet non in eisdem verbis, sentencialiter tamen scripsit, & pro veritate tenuit. Et in ejus occasu Assub quasi Sol de cœlo cecidit. Fol. 29. a.

[1] Aristotiles, philosophus eximius, genere Macedo, patria Stragmitanus, Platonis fuit discipulus, & per triennium Socratis prius erat scolaris. De genere erat Esculapii. Filius erat Nichomachi medici, regis Macedoniæ. Septemdecim erat ætatis annorum cum Athenas causa doctrinæ erat missus. Adhæsit Socrati tribus annis. Quo mortuo adhæsit Platoni annis viginti. Cum Platone tanto favore habitus est, ut, absente eo, dicere solebat Plato, "intellectus abest, surdum est auditorium." Huic dum Philippus rex Macedoniæ filium suum magnum Alexandrum committeret, epistolam hanc scriptam misit: "Philippus Aristoteli dicit Salutem. Filium mi-"chi genitum scito, de quo equidem diis gratias ago, "non proinde quod natus est, quam pro eo quod eum "nasci contingit tempore vitæ tuæ. Spero enim, quod "edoctus à te dignus existet & nobis & regni suscepti-"oni." Vixit autem Aristoteles post mortem Platonis annis XXXIII. partim quidem Alexandrum docens, partim cum eo multam circuens terram, & partim libros componens & alios docens. Post mortem autem Platonis scolas ejus assumpsit Aristoteles. Tandem invidus quidam suasit Athenienfibus, ut Aristotelem cogerent idola adorare. Nam ipse erat unius veri dei fidelissimus cultor. Fol. 29. b. Hanc inimicitiam Aristoteles sentiens, recedens inde ad propriam patriam Stragmiam se reduxit metu compulsus ne id sibi [2] inferent, quod Socrati intulerunt, quem [3] perimerunt veneno. Ibique vacabat [4] elemosinis insistendo, pupillos & orphanos maritando, & eosdem gubernando. Hujus elegantia quædam dicta sunt hæc:

"De semetipso in neutram partem loquendum est, "quoniam qui se laudat vanus est; qui se vituperat, "stultus est.

"Ira non sit nimis aspera, neque nimis levis: quia "[5] uno luporum sequitur mores, alia puerorum.

---

1. *Sic.* 2. *Sic.* 3. *Sic.* 4. *Sic.* 5. *Sic.*

"Animus [1] proclivus ad vicia scientiæ non recipit "incrementum.

"Sicut igne aurum, sic homo suis probatur operibus."

Dicebat eciam, "se unum solum paupertatis incom-"modum pati, quod non posset egentibus subvenire." Ex hoc bene videtur, quod vir magnæ compassionis erat.

"Difficile est in re prospera amicos probare, in ad-"versa semper facile."

Reprehensus est aliquando Aristoteles, quod iniquo homini [2] elemosinam dedisset. Qui respondit, "naturæ, "non maliciæ sum misertus."

Fol. 30. a. Interrogatus, quid cito senescit, respondit, "gaudium." Aristoteles erat facundus eloquio, sed uberior sensibus, agilitatem corporis & perspicaciam ingenii habens. Hic libros scripsit trecentos & tractatus mille, & ut scribit Johannes de Mandevilla in Itinerario suo,[3] quod" in civitate Strageres est tumba Aristotelis velut altare, ubi & singulis annis certo die festum ejus solempniter [4] selebratur à populo ac si fuisset sanctus. Temporibus etiam magnorum & arduorum consiliorum conveniunt illuc sapientes terræ, existimantes sibi per inspirationem optimum immitti consilium de agendis. Et unus liber de morte ejus, qui intitulatur liber de pomo, qui legenti multa bona dabit documenta si ratione inspiciatur. Philosophi totaliter se dederunt virtuti, viciorum radices ab eis amputantes. Hii gentiles erant in hoc à vulgo differentes, quod unum esse deum erant credentes, quem primam causam appellabant. Commemorat vero Augustinus de civitate Dei libro quinto capitulo XIII°. dicens, quod inter gentiles conjunctæ fuerunt ædes virtutis & honoris diis suis [5] dedicatas & divisim, & per ædem virtutis intrabatur in ædem honoris, ad designandum, quod per virtutem debet quis pervenire ad hono-
Fol. 30. b. rem & præsidentiam, non per fallaciam & ambitionem. Unde Seneca in Epistola XCIIII. dicit, quod summa felicitas erat gentium, in quibus non poterat quisquam esse potencior, nisi esset virtuosior ad conservationem rei publicæ. Ideo isti prærecitati maximæ auctoritatis

1. Proclinus MS. *F.* proclivis. 2. *Sic.* 3. *Delend. forsan.* 4. *Sic.* 5. *Sic.*

philo-

philosophi, & omnes eorum sequaces in hoc concordant, quod res publica est omnino singulari commodo præferenda, & totis nisibus à bonis regibus & principibus secundum totum posse suum firmiter supportanda. Si quæratur quid sit res publica, respondet Augustinus de Civitate Dei libro II^do^. capitulo XIX. & libro V. capitulo XVIII°. & epistola V^ta^. quod est res populi totam humani generis concernens utilitatem & prosperitatem. Et si quæratur quid sit populus, respondet, quod est hominum cœtus juris [1] [illegible] & utilitatis [2] communis sociatus. Omne igitur intendens bonum commune omnium, ut regni, patriæ, civitatis, ecclesiæ, & similium communitatum, intendit rem publicam augere & defendere. Et tunc est res publica salva, cum omnes intendunt bonum commune. Hoc autem constat ex personis superioribus, mediis & inferioribus secundum Augustinum, ibidem recitantem verba Scipionis. Inter quas Fol. 31. a.
personas debet esse concordia ad modum musicorum cantantium subtus, supra & medio. Sicut enim abhorrent aures nisi sonus ipsorum cantantium concors fuerit, sic horror & terror est in civitate, religione, & omni communitate ex personarum [3] discencione; & sicut consonantia delectat in Musica, sic in regno, civitate, religione, & omni communitate unanimis concordia. Et ideo dicit propheta, "Ecce quam bonum & quam jo-"cundum habitare fratres in unum!" Quilibet enim in regno, civitate, religione, & omni communitate est sicut litera in dictione, vel quasi una nota in cantu secundum sententiam Augustini de civitate Dei libro III°. capitulo III°. Superiorum ergo personarum est jura vel leges scire & eas facere custodiri quasi fidei suæ commissæ, & intelligere se gerere personam communitatis. Apud deum non est acceptio personarum, sed apud homines. Superiores personæ sunt spirituales & [4] temporales, ut papa, patriarcha, cardinalis, archiepiscopus, & sic de aliis nobilibus [5] statubus. Temporales sunt, ut imperator, rex, princeps, dux, comes, barones, vavasores, & hujusmodi, Fol. 31. b.

1. *Sic.* 2. Cois MS. 3. *Sic.* 4. *Forte*, temporales. Spirituales, ut papa, *&c.* 5. *Sic.*

qui

qui ordinantur magno honore, & cincti sunt gladiis; unde Psalmo dicitur in scriptura, "Accingere gladio tuo "super femur tuum potentissime." Gladius significat defensionem regni & ecclesiæ. Barones dicuntur quasi robur belli. Vavasores, id est, valentes, vel ut vasa sortita ad valitudinem, sicut comites, aut consules ad consulendum. Omnes isti & eorum subditi sunt sub rege, sed dominus rex non subest alicui nisi deo, & legibus absolutus est, licet legibus vivere debet propter deum; quia si alicui [1] injuriatur, aut aliquid detineat, supplicandum est ei ut factum corrigat, quod si non fecerit deum habet ultorem, nec contra facta sua quis disputare præsumat, nec contra factum suum venire, quia quicquid principi placet legis habet vigorem. Hæc Bretton in prohemio vel principio libri sui de Jure Anglicano. Iste magister Johannes Bretton erat in jure Anglicano juris peritus, tandem mundum relinquens factus est episcopus Herfordensis diebus regis Edwardi primi, ut scribit Nicholaus Trevet in Cronica sua. Orandum est pro regibus, ut gratia eis infundatur, & prælati ecclesiæ
Fol. 32. a. habentes curam animæ ejus [2] possunt consulere sibi ad bonum, quia sunt intermedii inter ipsum & deum, per quorum preces & virtuosas exhortationes potest de bono melior fieri. Utile igitur est regibus preces deo devote effundere ut habetur tercio regum tercio capitulo. Regi Salamon cor docile à deo devote petenti ad regendum populum hoc sibi deus concessit, & eciam superaddidit divitias & potentiam. Reges eciam, secundum doctorem de Lira Apoc. x. capitulo, habent sibi limitatos duos angelos bonos, unum ratione personæ, alium ratione officii. Item idem Psalmo XLIIII°. scribit, quod rex differt à tyranno, eo quod rex quærit commune bonum subditorum, & eos regit secundum lineam veritatis & justiciæ; sed tyrannus quærit utilitatem propriam per subditorum oppressionem. Et ut parum superius mentionem feci auctoritate Sancti Augustini de triplici statu personarum, videlicet superiorum, [3] mediorum, & inferiorum, quia hîc tractavimus de superioribus, nunc de

1. *Sic.* 2. *Sic.* 3. *F.* mediarum.

reliquis

reliquis duabus procedamus. Inferiorum vero personarum est, nichil præter negocium suum agere, nichil de alio inquirere, nec in re publica curiosum esse, sed proprium opus & officium sibi injunctum ad communem utilitatem perficere, secundum Tullium de Officiis capitulo XXXIX°. Mediarum vero personarum est, negocia inferiorum ad superiores fideliter deferre, accusanda ex caritate accusare, promovenda promovere, & concordiam super omnia inter hos & illos confovere. Hæc enim concordia debet esse inter omnes in re publica, & in omni civitate sancta, bona, & laudanda. Hic ordo concordat voluntati dei, secundum illud Petri IIII. "alterutrum administrantes"; & eciam Actuum IIII. "erat eis cor unum, & anima una"; & ad Romanos XIII°. "Diliges proximum tuum sicut teipsum"; & sequitur, "Dilectio proximi malum non operatur; plenitudo ergo legis est dilectio." Sit ergo hæc cuique regula in agendis tuis erga proximum: Videas si quid tu erga eum intendis, si [1] faceret tibi [2] an te læderet, aut noceret tibi, vel displiceret tibi. Si sic, omnino dimittas, quia sic agendo ratio tua plane tibi ostendit, quod non diligis proximum. Et, ut scribitur primo canone Johannis capitulo IIII. "qui non diligit proximum suum quem videt, deum quem non videt quomodo potest diligere?" Sequitur ex hoc, quod qui non diligit proximum, nec diligit deum nec proximum. Ne facias ergo proximo, quod tibi nolles fieri. O! igitur vos amatores mundi, qui villas destruitis, vicinos vestros de habitationibus suis expellitis, qui, ut ostenditur supra, si forte verbo, non tamen re deum aut proximum diligitis, profecto sciatis, quod ordinem naturæ subvertitis, & ideo ut cæci visu carentes rationis in foveam dampnationis æternæ irruitis. Et, ut ante dixi, probo, quod ordinem naturæ à deo [3] editam inordinate subvertitis. Nam, secundum beatum Paulum ad Romanos XII°. "unum corpus multi sumus." Unde in diligendo proximum habemus veram & sanam doctrinam in similitudinem membrorum, secundum diversas similitudines. Prima similitudo est hæc: Quodlibet

Fol. 32. b.

Fol. 33. a.

1. *Sic.* 2. *Sic.* 3. *Sic.*

libet membrum non ſolum ſibi, ſed & aliis membris ſuc-
currit, ut [1] oculus pedi, & capiti, ac ceteris membris
præcavet, & pes totum corpus ſupportat. Sic quilibet
juſtus non ſolum ſibimet, ſed & aliis pro bono communi
Fol. 33. b. communicare & proficere debet. Nam clerus & viri
eccleſiaſtici quaſi oculi quæque offendicula animæ præ-
dicando præmunire debent. Et modo conſimili medici
docent regimen corporis, & juris periti ſpirituales &
temporales leges eccleſiæ & temporalium pronunciant,
quibus pax communicatur & jus unicuique obſervatur.
Item membris [2] mutulatis uſus membrorum caſſatur. Ut
digitis manuum vel pedum abciſis non poteſt quis am-
bulare, ſcribere, vel alia opera manualia facere; ſic vil-
lis deſtructis deſtruitur provincia in burgis mercatis. Et
ſic iſti villarum dirutores non poſſunt negare quin læ-
dunt & mutilant, quantum in eis eſt, totali provinciæ
ubi ſua mala enormia exercent & provinciales expel-
lunt. Quid igitur dicturi ſunt tales miſeri in die judicii,
allegantes pro ſe pauciſſima forte opera miſericordiæ,
quæ umquam fecerunt? ut in Legenda quartæ feriæ in
capite Jejunii: "O domine in nomine tuo miſericordias
"fecimus." Quibus dicturus eſt dominus, "Quod de-
"diſtis dicitis, quod feciſtis rapinari quare non dicitis?
"Quos hoſpicio recepiſtis non reticetis, ſed quantos de
Fol. 34. a. "habitationibus ſuis excluſiſtis reticetis." Cum ergo ju-
dicium ſine miſericordia, ſecundum Jacobum Jacobi II°.
erit illi qui non facit miſericordiam, in vanum erit tunc
vobis petere miſericordiam, & multo pocius cum [3] ele-
moſinæ veſtræ non ſunt de juſtis laboribus veſtris, ſed
per rapinam & extorcionem de rebus alienis. Præterea,
dominus rex cum milicia & aſſiſtencia [4] providum ma-
gnatorum aliis & digne præeſt in regimine & protecti-
one; ſed plebei tam artifices quam laborantes & coloni
protectioni ſuperiorum & defencioni ſe ſubmittunt. Ipſi
eciam ſuperiores [5] victo & veſtitu per eorum labores
ſuſtentant. E converſo faciunt iſti villarum & eccleſia-
rum parochialium dirutores, deo offendunt, homines
rationales à villis eicientes, & beſtias pro eis irrationales

1. Occulus MS. 2. *Sic.* 3. *Sic.* 4. *Sic.* 5. *Sic.*

inducentes.

inducentes. Ecclesiæ dei offendunt, ecclesias deo dedicatas destruentes, decimas antiquas minuentes, & solitas oblaciones adnichilantes. Regiam celsitudinem lædunt, eo quod ubi prius homines ad regis & regni defencionem corpore robustos & fortitudine habiles habere solebat, modo tantum bruta animalia remanent. Pauciores eciam solito sunt modo ubi hæc pestis regnat villæ, & ex consequenti pauciores homines, & nullæ aliæ villæ per hoc crescunt, sed potius læduntur, quia in allocatione per regiam misericordiam taxationum domini villarum dirutarum de ipsa allocatione pro carencia tenentium magnam partem ejusdem allocationis eismet appropriant, & totum onus super villas non dirutas aponunt. Offendunt eciam civitatibus & villis mercatis Fol. 34. b. multipliciter, tum quia causant caristiam: (nam ubi deficiunt coloni deficiunt eciam grana, & per villarum destructionem multi pauciores sunt coloni, & solita cultura reducitur in herbagium. Sequitur ergo necessario ex hoc major parcitas granorum, & ex consequenti oritur & augetur caristia, & multimode minoratur habundantia qua civitates burgæ & villæ mercatæ prosperabantur;) tum quia, villis dirutis, est minor populi affluentia venientis ad nundinas & mercatus, & per hoc minuitur emptio & venditio, unde mercatores ceterique mechanici depauperantur, quorum depauperatio minatur ruinam civitatum, burgorum & villarum, ubi major populi confluentia adesse solebat, & si continuaretur, regni totius desolationem procuraret, quod absit. Et sic istorum malorum virorum avaricia totam rem publicam lædit, offendit & pene subvertit contra doctrinam & legem theologicam, juxta illud ad Galathas sexto: "Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi."

Secunda similitudo est, quod quidquid unum membrum recipit omnibus aliis membris communicat, ut cibaria sumpta in stomacho post terciam digestionem, ut Fol. 35. a. tradunt medici, per naturæ solertiam quod utile de eis relinquitur omnibus membris secundum eorum indigenciam mittitur per venas, & alia receptoria, & per hoc

vita nostra indies conservatur. Sic boni Christiani singuli, secundum eorum posse, ex misericordia aliis Christicolis indigentibus misericorditer administrant, juxta illud Petri IIII°. "Unusquisque prout accepit gratiam à domino in alterutrum illam administrantes, sicut boni "dispensatores Christi." E converso faciunt isti villarum dirutores avaricia infecti, seipsos ditantes, suos vicinos depauperant, multos exheredantes, & multo plures mendicitati & aliis miseriis exponentes. Unde in natura, si unum membrum plus debito de aliquo humore habundat statim inficit alia membra. Sic dives pecuniis habundans villas destruit, circumfodit, & sæpibus munit, proximos ibi prius manentes lædit, à domibus propriis recedere cogit, & multa enormia ad suam avariciam agit explendam. Exemplum in natura per catarrum quandoque è migranea generatur, & hæc quandoque oculos eruit. Ex catarro eciam quandoque dolor dentium gignitur. Unde pro dolore multi dentes eruere coguntur. Sic isti villarum dirutores seipsos ditant, & alios à propriis sedibus ad suam in futuro dampnationem, quod dolendum est, expellunt.

Fol. 35. b. Tercia similitudo est, quod unum membrum sibi reputat fieri quod alteri accidit, sive bonum sive malum. Unde si lædatur pes, os loquitur lædenti dicens: "Lædis me." Non dicit, "lædis pedem", sed "lædis me", & sic de aliis partibus læsis. Sic ait Apostolus ad Romanos XII°. "Flere cum flentibus, gaudere cum gaudentibus." Sic non faciunt isti avari villarum destructores; nam cum per eos exheredati lugent illi gaudent. Et cum non possunt habere suum facinorosum intentum, tunc illi inaniter & inutiliter lugent.

Quarta similitudo est, quod unum membrum non invidet altri, nec lædit [1] eum, licet eo habeat officium nobilius; sicut caput non invidet pedi. Non sic faciunt isti avari villarum destructores, sed invident proximis suis illis [2] resistentibus, quamvis in conspectu moribus sunt multo meliores & diviciis inferiores. Sed si in corporali substancia membrum putridum fuerit, illud

1. *Sic.* 2. Recistentibus MS.

absci-

abſcidendum eſt, ne alia membra inficiat. Lex fures ſuſpendit, & ſic deus eos hîc qui ſunt deſtructores villarum, aut eos depauperat vel infirmitatibus vexat, aut mala morte interimit, ut quidam ſuſpenſi ſunt, quidam decollati, quidam infra eccleſiam occiſi ſunt, eo quod eccleſias [1] deſtruerunt, quidam ad patibulum tracti, qui diu reſervati ſunt, hoc eſt, ad correctionem, vel ut hîc compleatur eorum gaudium, & in futuro ad æternam deſcendant [2] afflixionem & pœnam.

Quinta ſimilitudo eſt, quod ſi unum membrum lædat aliud, non ſe vindicat ſed patienter ſuſtinet, & pocius illud à malo defendit, ut ſi manus carpentarii cum inſtrumento lædat pedem, non vindicat ſe de manu, ſed pocius manum fovet & defendit. Non ſic iſti avari deſtructores & dirutores villarum. Cum, ſecundum Apoſtolum, ut ſupra, ad Galathas, "Multi unum corpus ſumus, & non omnia membra unum officium habent;" iſti male diſpoſiti viri contra legem dei & ordinem naturæ, comembris ſuis, id eſt, aliis Chriſtianis, [3] obciſtentes valde graves ſunt, & contra naturam membrorum vicinos ſuos ad ſuam dampnationem male tractant & multipliciter lædunt, & ſic convertunt dilectionem proximi in dampnabile odium. Utinam haberent [4] antidodum ſufficiens ad expellendum hoc peſtiferum avariciæ toxicum à cordibus eorum. Homines pacifici aſſimilantur ex proprietate columbis, & caſtæ perſonæ turturibus, mites agnis; ſed iſti villarum dirutores ſecundum Doctores aſſimilantur baſiliſcis. Eſt autem, ſecundum Yſidorum, baſiliſcus Græce, id eſt, regulus Latine, & eſt rex ſerpentum, eſtque animal parvum ſemipedale in quantitate, albis maculis lineatus. Habet caput ut gallus cum criſta alba, & caput curvatur ad terram, & habet duos pedes, & duas alas, & caudam ſerpentineam. Et ita præ ceteris venenoſis alia animalia venenoſa excellit, quod rex ſerpentum vocatur. Ex proprietate habet omnia viventia ſibi objecta ſolo viſu interficere, reptilia, greſſibilia & [5] aiere volancia, & omnia virentia, ut arbores, herbas, & gramina, ſuæ habitationi & con-

Fol. 36. a. (margin, at "Quinta ſimilitudo")

Fol. 36. b. (margin, at "ita præ ceteris")

1. *Sic.* 2. *Sic.* 3. *Sic.* 4. *Sic. Leg.* antidotum. 5. *Sic.*

ſpectui circumjacentia. Sic iſti villarum dirutores vicinos ſuos juxta eos vivere non ſinunt, & violenter coguntur recedere, quod dolendum eſt. Deus, cum placuerit, feſtinum & utile remedium ad rei publicæ proficuum gracioſe apponat. De hac materia iterum tractabo cum pervenero ad tempora regum Aluredi & Willielmi Rufi.

Guthelinus rex. M.

Poſt mortem regis Guthelini non memor ſum me legiſſe de aliquo rege vel potenti [1] principe civitatis aut villæ nobilis conditore, quouſque perveniatur ad regem Gorbonianum ejus quintum ſucceſſorem, [2] qui", ut fertur, condidit Grantham, &, ut multi aſſerunt, multum decoravit Cantebrigeam, & hic [3] Londoniis ſepeliebatur [4] ſeptimo anno regni ſui, & non multum poſt ſucceſſio regalis pervenit ad Peridurum. Qui ſecundo anno regni ſui condidit villam de Pikryng boriali plaga Angliæ comitatu [5] Eboracenſi, & ibi idem rex, ut ipſe juſſerat, [6] erat ſepultus. Deinde poſt longum temporis proceſſum regnavit rex Lud, qui muros civitatis Novæ Trojæ de novo fecit, & nobilem portam ibi [7] conſtruxit, quæ ab ejus nomine * uſque hodie Ludgate appellatur, [8] eciam multis turribus dictam civitatem decoravit, & antiquo nomine, ſcilicet Novæ Trojæ, [9] oblivione ſubmerſo, à nomine ſuo Caerlud appellari juſſit, id eſt, civitas Lud. Sed modo vocatur [10] London, Gallice dicitur Londurs. Tandem ipſe rex Lud juxta portam, quam condiderat, [11] Britanice dictam Porthlud, Saxonice Ludgate honorifice ſepultus eſt. Quo defuncto, propter minorem ætatem filiorum ſuorum ſubrogatus [12] frater ſuus rex Caſſibelanus, vir ſtrenuus & providus tempore pacis & guerræ. [13] Hujus tempore Julius Cæſar in regnum [14] applicuit. Sed rex Caſſibelanus eum [15] in" Gallias fugavit. Tandem regno civili litigio diviſo Julias Cæſar [16] à parte"

Gorbonianus rex qui fuit veteris Graunt, alias Graunthum. M.

Peridurus rex, qui condidit villam de Pickeringe. M.

Rex Lud conditor civitatis Troinovantæ. M.

* Fol. 37. a.

Caſſebilanus rex. M.

Julius Cæſar. M.

1. Principe, ut inquit Roſcius, civitatis *C. C.* 2. *Deeſt C. C.* 3. Londiniis *C. C.* 4. 47. regni *C. C.* 5. Eborach *C. C.* 6. Sepultus eſt *C. C.* 7. Conſtrinxit *C. C.* 8. Ac eciam *C. C.* 9. Subverſo *C. C.* 10. London. Nam Gallice *C. C.* 11. Britanice dicitur *C. C.* 12. Fuit frater ſuus nomine Caſſibelanus, eſſe protectorem ac regem ſuper Britannos, qui fuit vir ſtrenuus *C. C.* 13. Nam hujus *C. C.* 14. In portu Rutupino applicuit *C. C.* 15. Vi *C. C.* 16. Aperte *C. C.*

Caſſi-

Caſſibelano adverſa tandem in regnum revocatus, victoriam [1] reverſus" optinuit, & regnum Romanis tributarium fecit. Erat autem vectigal quod rex Caſſibelanus tunc Julio Cæſari & Romanis annuatim tria milia [2] librarum argenti. Per hiemem totam [3] Julius moram London & ubi ſibi [4] placuit continuavit, quo ſpacio, ut dicitur, turrim Londoñ, & alia certa loca, ut Rocheſtriam, Doveram conſtruere cœpit, & in vere verſus Romam regreſſus contra Pompeium receſſit & vicit, [5] & extunc ſolus ſuper Romanos imperavit, ut hiſtoriæ teſtantur." Nec multo poſt quin regnavit in Britania nobilis rex Kymbelinus, alias Guthelinus, vel Kevelinus, qui magno ſtetit Romanorum favore. In tantam eorum inciderat amicitiam, ut cum poſſet tributum eorum detinere, gratis impenderet. Hic nutritus fuerat Romæ cum Octaviano Cæſare Auguſto, & ab eo armis decoratus eſt. Hujus [6] anno regni XLII°. natus eſt apud [7] Bethlem nocte ſabbati, quæ diem ſabbati ſequebatur, anno ætatis beatæ Mariæ XIIII°. dominus noſter [8] Iheſus Chriſtus, cujus precioſo ſanguine redemptum eſt genus humanum. Regi Kimbelino mortuo, & Londoniis ſepulto, ſucceſſit ſuus filius ſenior & primogenitus nomine Gwyderi, multis annis regnavit, contemporaneus Chriſti & beatæ virginis, eoque circiter anno quo beata Maria, mater Chriſti, obiit, ipſe infortunio belli extinctus eſt. Hic, ſecundum aſſercionem David LL, theſaurarii eccleſiæ Landavenſis, urbem Legionem," alias Caërleon, in Leogria, quæ nunc Warwyke appellatur, in magno favore habuit, eamque ſumptuoſa reparatione decoravit,

Ex juſſu Julii Cæſaris turris Londinarius, caſtrumDorenſe acRodenſe incepta ſunt. M.

Guthelinus rex. M. Fol. 37. b.

Natus eſt Chriſtus Jeſus. M.

Guiderius rex. M.

Urbem Legionum, Warwicke. M.

1. *Deeſt C. C.* 2. Librarum ſolvebat. Per hiemem *C. C.* 3. Julius Cæſar moram fecit Londiniis, & ubi *C. C.* 4. Placuit, goſpatio, ut dicitur, Londinarium incipiebat ob titulam Britannorum, ac etiam condere juſſit caſtrum Dorenſe ac etiam Roſenſe, ad patriæ defenſionem, & ejiciendos inimicos. Hæc enim caſtra conſtruere cœpit, & opus continuatur, per ejus edictum, ærario communi, &c. in vere *&c. C. C.* 5. *Deſunt C. C.* 6. Anni regno XLII°. *C. C.* 7. Bethlem Judæ nocte ſabbati, anno ætatis beatæ *C. C.* 8. Iheſus Chriſtus. Qui Kimbelinus mortuus & ſepultus eſt cum patribus Londiniis. Cui ſucceſſit ſuus filius ſenior & primogenitus Guiderius (nomine) qui multis annis regnavit. Qui tandem infortunio belli extinctus eſt. Hic, ſecundum David Vel, id eſt, Davidis Fluellene, theſaurarii eccleſiæ Landavenſis, urbem Legionem, *C. C.*

Arvigarus rex. M. & privilegiis [1] roboravit. Cum igitur quadam vice tributum, quod appetebant, Romanis denegaret, supervenit Claudius, qui in imperium subrogatus fuerat. Aderat cum eo princeps militiæ nominatus Lelius Hamo, qui arma Britaniæ assumens Britonibus se commiscuit, & strenuissimum militem regem Guiderium inter suos proditorie interfecit, & subito dilapsus ad suos fugit, quem Fol. 38. a. regis Guiderii frater armis regalibus indutus rex Arviragus maxima festinatione insequens in brevi super ripam Glocester erector. M. maris cum multis aliis interfecit, quæ de nomine Hamonis Hamptonia usque hodie vocatur. Denique facto pacifico tractatu cum Claudio imperatore & novo rege Britonum Arvirago, convenerunt in hunc modum, ut rex Arviragus accipiens Claudii filiam nomine Genuissam in uxorem, & tributum solitum solvens in Romanorum maximum assumeretur cum amicitia favorem. Missi tunc sunt qui Romam pro filia Claudii omni festinatione transirent, & omni festinatione ducta regi Arvirago in uxorem est copulata, & ubi erat locus nuptiarum in rei memoriam Claudius imperator urbem condidit, quam à nomine suo Caerclaw, id est, Glocestriam nominavit. Recesso Claudio iterum certo spacio pertransito tributum Romanis negavit. Superveniens tunc [2] Vaspasianus postea imperator, sed tunc à Claudio [3] missus in Britones juxta Excestriam irruit, ubi Arviragus cum eo obviavit, & inter partes acriter pugnatum est. Sed demum mediatione reginæ Britonum Genuissæ, filiæ Claudii, in firmam pacem [4] concordarunt cum subjectione Britonum senatui & consueta & imposterum semper solu- De Hiberno conquestu. M. cione tributi. Hac convencione facta & firmata duces & commilitones suos miserunt in Hiberniam. Hieme

---

1. Roboravit. Guederici frater, nomine Arviragus, regnavit & acriter pugnavit contra Romanos, & vicit eos, sed in hunc modum tandem fœdus inierunt, ut Arviragus rex acceperat [l. acciperet] in uxorem Claudii filiam, nomine Geuissam, & tributum solutum solveret. Tandem deducta est Geuissa cum omni festinatione, & regi Arvirago data est in uxorem. Ob cujus rei memoriam Claudius urbem condidit nomine suo Caerclaw, id est, Glocestria. Recesso Claudio, iterum tributum Romanis negavit superveniens tunc *C. C.* 2. *Sic.* 3. Missum est, & Britones juxta Excester obviavit, ubi fortiter pugnaverunt ambo duces. Sed demum meditatione reginæ Genuissæ, filiæ *C. C.* 4. Concordaverunt *C. C.*

vero

vero finita rediit [1] Vaſpaſianus Romam, [2] & Arviragus remanſit in Britania. Tandem defunctus Claudioceſtriæ, ſepultus eſt in quodam templo quod in honore Claudii dicaverat. Succeſſit ei in regnum filius ſuus Marius, vir potens & prudens", qui civitatem Ceſtriæ reparavit ſumptuoſe. Cujus diebus quidam Pictorum rex, [3] Rodrik nomine, de Sithia cum magna claſſe veniens in [4] Albaniam cœpit patriam illam vaſtare. Cui obvians rex Marius cito illum interfecit in loco qui Staneſmor dicitur, ubi erexit lapidem in ſignum victoriæ. Quæ poſtea provincia de nomine ſuo dicta fuit Weſtmaria. In quo lapide inſcriptus titulus memoriam ejus uſque in hodiernum diem [5] teſtatur. Perempto vero rege Rodrik, rex Marius populo devicto qui cum eo venerat partem Albaniæ ad inhabitandum, quæ Cathaneſia nuncupatur, dedit. Erat autem deſerta & inculta à nullo inhabitata. Cumque uxores non habentes filias Britonum ab illis petiviſſent, Britones ipſos in deteſtatione habentes plane negabant. Hanc repulſam paſſi transfretaverunt in Hiberniam, ubi quod quæſierant optinuerunt. Horum primus rex poſt Rodricum Berench nomine, qui fecit pulchram villam ſuper aquam Twede, quæ à nomine ſuo Berewyke [6] appellatur. Regnavit rex Marius annis

Vaſpaſianus. M.
Dover Caſtell finiſhed. M.
Fol. 38. b.
Dover Caſtle M.
Marius rex. M.
Villa quæ dicitur Berwicke. M.

1. *Sic.* 2. Et Arviragus vi opus perfectum caſtrum Dorenſe & portum Rutupinum obturavit contra vim Veſpaſiani & ſuorum Romanorum, ut Britannia manſit, & obiit, & Claudioceſtriæ ſepultus eſt. **The which caſtle after the conqueſt, was well finiſhed, beautifyed and enlarged by William the Conqueror and his Nobility, in ſo much they gave names to their lodgings, then appointed to the ſafe keeping of the ſayd caſtle, in ſo much that divers of their cotes be placed in their Towers, and in Edward the fourth's time much beautifyed.** Arviragi deceſſum, qui ſepultus fuit in templo in honorem Claudii dedicato in Claudioceſtria prædicta. Deinde ſuperveniebat in regno filius ejus nomine Marius, vir potens & prudens *C. C.* 3. Rodericus *C. C.* 4. Albaniam, id eſt, Scotiam, cœpit *C. C.* 5. Teſtatur. Roderico victo dedit Pictis alas, Sithis eam partem Albaniæ, quæ Cathaneſia dicitur ad habitandum. Qui quidem Picti recuſantibus Britonibus uxores Hibernienſes ſibi parciverunt à Roderiki deceſſu elegerunt ſibi alium ducem nomine Berench, qui fecit pulcherrimam villam *C. C.* 6. Appellatur, id eſt, vicus Berenchi, qui quidem Marius obiit cum regnaverat annis 29. & ſepultus eſt apud Carelile. Huic ſucceſſit filius ſuus Coylus, qui nihil egregie faciebat, & obiit, cum enim regnavit 40. annis, & ſepultus eſt in Eboraci civitate. Cui ſucceſſit filius ſuus nobilis *C. C.*

Coylus rex. M.

Lucius rex. M.

Induebat se Christianitate circa annum Domini 156.

Fol. 39. a.

XXIX. & apud Cairleyl est sepultus. Huic successit filius suus Coylus, qui regnavit annis XL. & Eboraci sepellitur. Cui successit filius suus nobilis" rex Lucius annis [1] LXVII. Hic erat primus rex Christianus de cunctis regibus, [2] & pro Sancto inter eos accipitur. Hic [3] ambasiotores Romam misit cum epistolis suis Eleutherio [4] papæ, ut ab eo Christianitatem [5] reciperet. Cui papa destinavit duos religiosos doctores dignitate antistites Faganum & Dumanum Christum prædicantes. Hii ipsum regem sacro baptismate abluebant. Cujus bono exemplo multi alii confluebant ad baptismum circa annum domini CLVI. secundum [6] Bedam. Tunc [7] templa plurimorum deorum infra ambitum regni ubique dedicata uni deo per prædictos sanctos" Doctores de novo consecrata sunt, & diversis cœtibus ordinatorum repleverunt. [8] Fuerunt tunc in Britania XXVIII. flamines, necnon & tres archiflamines, quorum potestati ceteri flamines [9] submittebantur. Illorum spurcitia expurgata, pro prophanis expulsis inducti sunt veri" unius dei cultores, [10] ac" ubi fuerant [11] archiflamines impositi sunt archiepiscopi, & ubi fuerant flamines episcopi" inducti sunt. Sedes autem archiflaminum in tribus nobilioribus totius regni civitatibus, Londoniis videlicet, & Eboraco, atque in urbe Legionum, quam super Oscam fluvium in Glamorgancia veteres muri & ædificia sitam fuisse testantur. Hiis igitur tribus evacuata superstitione [12] viginti octo" episcopi subduntur, divisisque parochiis subjacuit metropolitano Eboracensi tota Albania, [13] scilicet" ab Humbro [14] usque" borialem plagam. [15] Londoniensi vero metropolitano submissa est Loëgria & Cornubia. Has provincias [16] fecerint Sabrina & Cambria, id est, Wallia, quæ urbi Legionum [17] subjacuit.

Tres archiepiscopales sedes per Lucium regem institutæ sunt. M.

1. 47. Cum regnare incipiebat primus rex Christianus *C. C.* 2. Ac *C. C.* 3. *Sic.* 4. Romanorum episcopo, ut ab *C. C.* 5. Acciperet. Cui idem Eleutherius destinavit *C. C.* 6. Venerabilem Bedam *C. C.* 7 Templa deorum, sed potius synagoga Judæorum, uni soli Deo infra ambitum ejus regni dedicata fuissent, & per prædictos sanctos *C. C.* 8. Nam hinc fuerunt in Britania 29. flamines *C. C.* 9. Submittebantur. Instituti sunt veri *C. C.* 10. *Deest* *C. C.* 11. Archiflamines instituuntur archiepiscopi, & ubi flamines ibi episcopi *C. C.* 12. 29. *C. C.* 13. Sed *C. C.* 14. Versus *C. C.* 15. Londinensi *C. C.* 16. Fecerunt *C. C.* 17. Subjacuit. Et nobilis antistes, & cuncta quæ fecerant à beatissimo patre Eleuthero confirmari impetraverunt. Tunc gloriosus rex Lucius maximo gaudio *C. C.*

cuit. Deinde reſtauratis omnibus redierunt antiſtites Romam, & cuncta quæ fecerant à beatiſſimo patre domino papa confirmari impetraverunt. Facta confirmatione reverſi ſunt in Britaniam cum multis aliis comitati, quorum doctrina gens Britonum in fide Chriſti corroborata fuit. Tunc glorioſus rex Lucius maximo gaudio fluctuans poſſeſſiones & territoria, quæ prius idolorum templa [1] poſſiderant, in meliorem uſum vertens, ipſa eccleſiis [2] fidelium" permanere conceſſit, & quia majorem honorem ipſis impendere debuerat, ampliavit illa majoribus agris & [3] manſis, omnique honore ſublimavit. Inter hæc Claudioceſtriæ ab hac vita migravit, & in eccleſia primæ ſedis honorifice eſt ſepultus anno domini centeſſimo quinquageſimo ſexto. [4] Caruit [5] eciam" prole qui ſibi ſuccederet. Poſt hunc rebellaverunt Britones Romanis, ſed ab imperatore Severo domiti ſunt. Qui Severus, infeſtatus à Fulgenio rege [6] Pictorum", fecit murum à mari uſque ad mare, non ex lapidibus ſed ceſpitibus, inter Deiram & [7] regnum" Pictorum, [8] ut" impetum eorum propius accedere prohiberet. [9] Hic Severus, natione Affer vel Affricanus, in bello contra Fulgenium interfectus eſt, [10] & Eboraci ſepultus, Fulgenio lætaliter vulnerato. Reliquit ipſe poſt ſe duos filios, Baſſianum & Getam. Quorum Geta ex matre Romana genitus [11] erat, Baſſianus vero Britanica. Igitur patre eorum Severo imperatore defuncto, ſublimaverunt Romani Getam in regem, faventes illi quia ex utraque parte erat Romanus. Quod abnegantes Britanni Baſſianum elegerunt, quia materno ſanguine ipſis conjunctus erat. Proinde commiſerunt fratres pugnam, Getaque interfi-

Fol. 39. b.

Lucius rex poſſeſſiones ac territorium templorum, archiepiſcoporum, ac parachianarum, multum ampliavit ac ditavit. M.

Severus imperator. M.

Baſſianus rex. M.

1. *Sic.* 2. *Deeſt C. C.* 3. Manſionibus *C. C.* 4. Caruit ſobole qui ſibi ſuccederet. Rebellantibus Romanorum edictis Britonibus miſſus eſt Severus imperator, qui Britones ſuo magno malo ſubjugaverat. Qui Severus infeſtatus *C. C.* 5. Enim *pro* eciam *reponendam eſſe conjicit ſcriba ad oram codicis Bodlejani. Sed diſſentio.* 6. Piſtorum, alias Pictorum, *C. C.* 7. Regem *C. C.* 8. Et *C. C.* 9. Hic quidam Severus validus Affricanus in bello *C. C.* 10. Et apud Eboracenſem civitatem ſepultus eſt, ac etiam Fulgenio lætaliter vulnerato, obiit circa annum gratiæ 160. Reliquit Severus poſt eum duos filios Baſſicum & Getam *C. C.* 11. Eſt, & Baſſianus Britanica matre ortus eſt. Ideo patre Severo defuncto ſublevarunt Romani Getam quaſi nobiliorem & eo fideliorem, recuſantes Baſſianum. Quod abnegantes Britanni *C C.*

citur, & Bassianus regno potitur. [1] Post hoc crevit civile bellum in regno, & semper victor post victum [2] regnavit, donec [3] perventum est ad Coëlum, ducem Kaercolini, id est, Colcestriæ, quam urbem primus ædificavit, & * eciam alias civitates, scilicet Caerleyn, & Caermerdin, & Herfordwest in Westwallia." Cujus tempore Romani [4] legaverunt Constancium senatorem, qui Hispaniam illis subdiderat, virum sapientem, audacem, & Constanciæ civitatem in Normannia ædificavit, & hic præ ceteris rempublicam augere laboraverat. Iste honorifice à rege [5] Coëll receptus est, & concordati sunt sub hac forma, quod [6] Coël tributarius Romanis regeret pacifice. Cito post rex Coël obiit, & [7] Londoniis sepultus est. Reliquit post se unicam filiam heredem nomine Helenam. Hanc cum diademate regni Constancius imperator sibi copulavit in uxorem, genuitque ex ea nobilem filium, postea totius mundi monarcham, magnum videlicet [8] Constantinum. Processu temporis obiit imperator Constancius Eboraci, [9] ibique est sepultus, regnumque filio suo [10] Constantino donavit. Eoque tempore erat quidam tyrannus Romæ, vocabulo [11] Maxencius, qui quosque nobiles, quosque probissimos cives [12] exheredare conabatur, pessimaque tyrannide nequiter rempublicam opprimebat. [13] Romani molestiam ejus non ferentes miserunt in Britaniam [14] Constantino, ipsum in odium adversus prædictum tyrannum incitantes, [15] quod cum de generatione eorum ad expellendum Maxentium eis in auxilium cum omni festinatione possibili veniret. Ipse Maxencius Sanctam Katerinam, regis Constantini

Coëllus rex fundator fuit Cœlcestriæ, Caërleon, ac Caermarden, ac simul Hertfordwest. M.

* Fol. 40. a.

Helena heres regni, uxor Constantii imperatoris. M.

Maxentius tyrannus. M.

1. Deinde crevit *C. C.* 2. Regavit *MS.* 3. Pervolutum est ad Coëllum. Coëllus Bassiani successor dux Caercolini, id est, Colcestriæ, quam vero urbem primus fuit fundator, ac ædificavit, ac etiam alias quamplures civitates, scilicet Caerleon ac Caermarden, & Herfordwest in Westwallia *C. C.* 4. Eligerunt ac legaverunt *C. C* 5. Coëlle *C. C.* 6. Coël Romanis tributarius fiet pacifice *C. C.* 7. Londiniis cum aliis regibus sepultus est. Qui reliquit post se unicam sibi filiam ac heredem, nomine Helenam, ac ad diadema regni evecta est, cui Constantius se in sacris nuptiis dederat, genuitque ex ea nobilem *C. C.* 8. Constantium *C. C.* 9. Ibi est *C. C.* 10. Constantio *C. C.* 11. Maxentius *C. C.* 12. Exhereditare *C. C.* 13. Romani non feruntur ejus molestiam miserunt *C. C.* 14. Constantem, ipsius in odium *C. C.* 15. *Desunt omnia in C. C. usque ad,* Adunato igitur forti exercitu *&c.*

propinquam

propinquam consanguineam, parum ante Alexandriæ in Asia crudeliter [1] perimerat. Cujus sacrum corpus manu angelica ab Alexandria in montem Synay miraculose est delatum. Constancius vero imperator duas, licet non simul habuit uxores. Secunda erat Sancta Elena, mater magni Constantini. Prima ejus uxor erat Hester, filia & heres regis Armeniæ, quorum filius, rex Alexandriæ, Costus de uxore sua regina Meliade, filia regis Cipriæ, genuit (de qua præloquuti fuimus) beatissimam virginem & martyrem Sanctam Katerinam. Erat iste Maxencius ipsius archityranni Maximiniani (quem ille dei inimicus diabolicus Dioclicianus in consorcium imperii sumpserat) filius." Adunato igitur forti exercitu Romam [2] adiunt, illamque cito sibi subjugavit, & postmodum totius mundi [3] monarchiam optinuit, [4] Maximiniano devicto signo crucis ipsi Constantino divinitus ostenso. Hic processu temporis Christianus effectus, & à [5] beato" Silvestro [6] papa baptizatus ob reverentiam Christi Sancto Silvestro supradicto [7] suisque successoribus omnes imperiales dignitates contulit. Ecclesiam omnium imperatorum primus possessionibus & libertatibus ditavit, & cœpit [8] regnare anno domini CCCVIII°. & sanctus habetur apud Græcos solempniter [9] canonisatus. Cujus festum [10] apud eos festive celebratur XXI. die Maii, cujus mater [11] Sancta" Helena civitatem [12] Londoniarum ac Colcestriam mœnibus circumcinxit. [13] Successu post temporis quidam senator Romanorum, nomine [14] Maximus, magni Constantini consanguineus, nepos Coëli regis, patris Sanctæ Helenæ, Britaniam venit, & diadema regni cum uxore sua, [15] filia" & herede regis Octavii, cepit. Nec diu post quin partem Galliæ conquisivit, [16] quæ Parva Britannia usque hodie est appellata. Provincia illa de-

Fol. 40. b.

Constantius rex & imperator. *M.*

Helena Colcestriam ac Londinum fecit, ac circumcinxit mœnibus. M.

Fol. 41. a. Maximus Senator ac regni gubernator. M.

---

1. *Sic.* 2. Adivit *C. C.* 3. Monarcham opt. *C. C.* 4. Maximiano *C. C.* 5. *Deest C. C.* 6. Romanorum episcopo baptizatus est, & ideo propter reverentiam Christi beato Silvestro *C. C.* 7. Suis succ. *C. C.* 8. Regnare circa annum gratiæ 309, & sanctus *C. C.* 9. Canonizatus *C. C.* 10. Inter illos *C. C.* 11. *Deest C. C.* 12. Londinarium *C. C.* 13. Successu vero temporis *C. C.* 14. Maximius *C. C.* 15. *Deest C. C.* 16. Quæ ejus jussu Parva Britannia appellatur, quod quidem nomen in hunc usque diem retinet. Et provincia devicta, Britones inducuntur, & eaque uxores à Gallicis *C. C.*

Britannia Minor per Maximium victa fuit, à suæ ditioni subjecta, idem majori. M.

victa Britones inducuntur, pro quibus dum secundum quasdam Cronicas uxores à Gallicis erant abnegatæ, tunc [1] de hac" Majori Britannia [2] beata" Ursula cum ceteris [3] virginibus ad numerum XI. milia congregatæ erant. Quæ peregrinæ Romam visitantes, [4] in reditu" ab Hunis & [5] Pictis Coloniæ coronas martyrii receperunt. [6] Ab infidelibus peremptæ erant, secundum Gaufridum, XI. milia filiæ nobilium, & præter has LX. milia filiæ popularium, quando primo ab insula ista recesserant. Sed in mari multæ earum erant submersæ, & ad varias regiones dispersæ, nec iterum unquam erant readunatæ. Tunc Maximo ab illo Britaniæ majore regno cum juventute regni recesso, ex omni parte incursabant Scoti, Picti, & alii [7] alienigenæ, insulam prædantes, & multa mala inferentes. Cum hæc [8] tunc" calamitas ad aures [9] Maximi regis pervenisset, misit [10] Britaniam in eorum auxilium [11] Gracianum municipem cum duabus legionibus, ut eos sua virtute & potentia [12] protegeret; qui in [13] brevi hostes in Hiberniam fugavit. Audita deinde [14] morte Maximi Romæ sese in regem promovit, & cum corona clamidem tyrannidis assumpsit. Plebei ejus insaniam non ferentes, cito eum interfecerunt. Quo exterminato, redierunt hostes in regnum [15] circumquaque. Britones tunc necessitate compulsi legatos ambassiatores Romam miserunt, auxilium petentes, & subjectionem in perpetuum sponte promittentes. Quibus legio una statim missa est, quibus probitas regni adunata Londoniis tandem, ut oportebat, hostibus diversis quartis regni bellice obviabant. Capitanci vero præcipui adversæ partis erant Guamus & Melga reges Hunorum & Pictorum, [16] Scotis, Norwagencibus & Dacis aliisque nephandis alia-

Gratianus dux. M.

Fol. 41. b.

---

* *Hoc modo hæc concipitur marginalis nota.* --- 1. *Desunt C. C.* 2. *Deest C. C.* 3. Virginibus & feminis ad numerum 2. milia *C. C.* 4. *Desunt C. C.* 5. Pictis ac Dacis coronas *C. C.* 6. Et ab infidelibus peremptæ. Et, secundum Gilfridum, fuerunt filiæ nobilium, ac etiam 70. mille filiæ popularium ab insula ista recesserant in navibus, & in mari sunt submersæ. Tunc Maximio ab illa Britannia Majore & regno cum juventute *C. C.* 7. Alieginæ *C. C.* 8. *Deest C. C.* 9. Maximii *C. C.* 10. In Britaniam *C. C.* 11. Gratianum municipium *C. C.* 12. Proterreret *C. C.* 13. Brevi post tempore hostes *C. C.* 14. De morte *C. C.* 15. *Desunt omnia in C. C. usque ad* Inde Britones coacti. 16. *Sic.*

rum

rum nationum exulibus & prædonibus, qui Sanctam Ursulam prius Coloniæ extinxerant. Et sicut à lupis agni, ita deflenda plebs ab inimicis decerpitur." Inde Britones coacti [1] in Britaniam Minorem pro auxilio ambassiatorie miserunt Guthelinum, [2] London archipræsulem, cum aliis nobilibus [3] Aldreneo regi Minoris Britaniæ. [4] Legatione satis discrete intellecta, ordinavit ipse exercitum duorum milium militum sub fratre suo [5] Constantino; qui in Britanniam [6] Totenesio portu applicans maximo receptus est [7] gaudio. Et cum in interiora regni venisset oris concensu, manuum applausu omnium sibi obviantium alte clamantium, "Vivat rex," [8] concorditer in regem admissus est. Exinde confluxerunt Britones undique prius aspersi, & facta infra [9] Silecestriam concione erexerunt illum illustrem [10] Constantinum, illius nominis & regni Britaniæ secundum, in Majoris Britaniæ regem, regnique diadema capiti suo imposuerunt, dederuntque ei in conjugem venerabilem dominam ex nobile genere Romanorum ortam, quam Guthelinus archiepiscopus virtuose educaverat. Iste [11] Constantinus, ut vir strenuus, partim armis, addita [12] eciam" prudentia, hostibus expulsis, pacificis ad pacem receptis, regnum [13] circuivit, civitates destructas reparavit, inter quas civitatem in [14] Leogria, prius Caerleon, per regem Guthelinum primo fundatam & nominatam, deinde per regem Gwyderium Christi [15] contemporaneum reparatam, postremo per Sanctum [16] Caradocum Herfordencium principem à dilapsa in novam reinceptam, facta [17] inibi mansione principi apta, cum una nobili [18] ecclesia in dei honore & Sancti Johannis Baptistæ dedicatam, quæ usque hodie partim remanet, [19] in foro ubi solito scola grammaticalis tenetur, & posthac inmediata [20] incursione hostium ite-

Guthelinus fuit nuncius tocius regni. M.

Rex Constantius secundus Britaniæ Minori evectus est. M.

Fol. 42. a.

1. In Britanniam pro auxilio ambassatores miserunt C. C. 2. Londoniorum C. C. 3. Aldronio C. C. 4. Legationem satis discrete intellectam C. C. 5. Constantio C. C. 6. Totnesio, id est, villa pacis, portu applicans C. C. 7. Gaudio. Huic successit Constantius, qui cum interiora regni C. C. 8. Recordatur in regem C. C. 9. Silvestriam C. C. 10. Constantium C. C. 11. Constantius C. C. 12. Autem C. C. 13. Accivit, *vel* anivit C. C. 14. Legioria C. C. 15. Contemprandum & nominatam reparatam C. C. 16. Caroducum C. C. 17. Ibi C. C. 18. Ecclesia & in dei C. C. 19. In fovo ubi C. C. 20. Occasione C. C.

rum

rum in cineres redacta, per hunc [1] vero" nobilem regem [2] Constantinum reædificata est, &, ut scribunt Britones, nomine antiquo mutato, per eundem nobilem regem Caerumber nominata est. Condidit [3] eciam" idem rex [4] Caervrongon, id est, Wygorniam, & Caerwent juxta [5] Chepstow. Hæc vidi in Cronicis Wallensibus missus ob hujusmodi negocia in Northwalliam & insulam Anglesseiæ, in quibus locis hæc vidi & intitulavi. Idem Constantinus de nobili regina sua genuit tres filios [6] Constantinum, Aurelium, & Uter. Primus Wyntoniæ in ecclesia beati Amphibali in monachum tonsus est. Duo reliqui, Aurelius Ambrosius & Uter Pendragon, sive Utredus, archiepiscopo Guthelino commissi sunt moribus nutriendi. Præteritis autem x. annis à coronatione regis Constantini, venit quidam Pictus cum rege secrete fingens locuturus semotis aliis, & cultro regem interfecit in virgulto quodam, & nephandus ille evasit ad suos securus. Tunc facta est iterum hostium incursio & regni dilaceratio. Qua ruina durante quidam [7] Britonum princeps, nomine [8] Gwayr, superveniens locum civitatis Caerumbre iterum dilaceratæ eam iterum reparavit, & nomine suo [9] Caergwayr appellari jussit. Quo veniens sanctus Dubricius sedem episcopalem sibi [10] aptavit, ubi modo castrum Warwici situatur, & ecclesiam in honorem beatæ Mariæ & Omnium Sanctorum (quæ usque dies nostros apparuit) ibi construxit & dedicavit, & ibi usque adventum Saxonum (qui in brevi sequutus est) mansit. Præterquam in oratoriis quæ in locis congruis sibi construxit, quorum unum & principale æstimatur fuisse ubi Guido, comes postea Warwici, à mundo ad deum conversus moram biennio traxit & obiit. Quod oratorium fuit ante ipsius almi viri Gwidonis tempora dedicatum in nomine Sanctæ Mariæ Magdalenæ, ut in multis libris de vita sua factis plane habetur. Regno,

Caerworgon. M.

Tres filios genuit Constantius, scilicet Aurelium, Uter & Constantium. M.
Fol. 42. b.

Guthelinus horum fuit educator, archiepiscopus Londinensis. M.

Gye. M.

Guido comes Warwici. M.
Fol. 43. a.

---

1. Virum *pro* vero *in* C. C. 2. Constantium C. C. 3. Autem C. C. 4. Caerworgon C. C. 5. Cheslow prope Bristolliam in Southwallia. Hæc vidi C. C. 6. Constantium C. C. 7. Britonicus princeps C. C. 8. Gway C. C. 9. Caergway C. C. 10. Apertavit C. C.

ut [1] prædicitur, regis Conſtantini morte turbato, quidam [2] falciſſimus proditor [3] Guiuiſſeorum comes nomine Vortigernus ad coronamque aſpirans, adivit Conſtantem monachum ordine ſubdiaconum apud Wintoniam profeſſum regis Conſtantini primogenitum, & [4] ſe ſibi in futuro fieret ſpecialis conſiliarius & amicus promiſit ut eum ad [5] paternam coronam ſublimaret. Alter gaudio fluctuans quicquid proditor ille petere vellet adimplere conceſſit. Ipſo in regem [6] ſublimato, Vortigernus licet non nomine re tamen regnavit. Ejus [7] eciam" conſilio Pictis regio corpori aſſiſtentibus certis mediis induxit eos regem interficere, & ipſe Vortigernus tunc illis ſuſpenſis ac decollatis ad culmen [8] regium aſcendit. Alii [9] tunc" Picti ob necem ſociorum ſuorum curialium judicio Vortigerni ſuſpenſorum, decollatorum, & aliis crudelitatibus interemptorum in mortale ejus odium converſi ſunt, & aliis nationibus eis [10] connexis acriter inſurrexerunt. Medio tempore nutritores duorum fratrum Aurelii Ambroſii & Uter Pendragon [11] proditionem Vortigerni timentes cum eis celeriter in Britaniam Minorem fugerunt, ubi honore quo decebat erant pro tempore educati. Rex Vortigernus [12] pelli ſuæ tunc timens ut in ſuum putabat auxilium, ſed in [13] omnium Britonum detrimentum & finale [14] exidium, Saxones tributarios ſibi aſſociavit, qui primo in hoſtes, deinde in ipſum deſtruendum toto [15] conamine uſi ſunt. Quorum terror Britonibus tantus erat, quod Britones ab eis [16] fugerunt ſicut cera à facie ignis. Qua tempeſtate fugerunt plures ad tales plagas, ubi minor hoſtium erat conventus. & inter ceteros Sanctus epiſcopus Dubricius Caergurienſis in [17] Kambriam natale [18] ſolum" receſſit, ubi factus eſt primus epiſcopus Landavenſis, & [19] abinde" non multo poſt tranſlatus eſt ad [20] archipræſulatum urbis Legionum in Suthwallia per regem Aurelium Ambroſium, ſicut

Vortigernus comes proditor. *M.*

Conſtans rex. *M.*

Fol. 43. b.

SanctusDubricius epiſcopus Landavenſ. primus. *M.*

---

1. Prædum *C. C. f. pro* prædictum. 2. *Sic.* 3. Geuiſſeorum *C. C.* 4. *F.* ſi ſibi. 5. Patriam *C. C.* 6. Sublivato *C. C.* 7. Enim *C. C.* 8. Regni *C. C.* 9. Huic *pro* tunc *in C. C.* 10. Conjunxis *C. C.* 11. Proditione *C. C.* 12. Picti tunc timens *C. C.* 13. Omni *C. C.* 14. *Sic.* 15. Conatione converſi ſunt *C. C.* 16. Fugierunt *C. C.* 17. Cambriam *C. C.* 18. Sotium *C. C.* 19. Ibidem *C. C.* 20. Auripræſulatam *C. C.*

Sanctus

Sanctus Sampson ad archipræsulatum civitatis Eboracensis, & duravit vir longævus in sede [1] ipsa archiepiscopali usque ad tempora nobilissimi regis Britonum Arthuri, quem manu propria coronavit & coronatione benedixit. De eo plura subscribam cum ad illa tempora describenda processus historiæ perduxerit. Iste pessimus vir rex & totius regni usurpator [2] Vortigernus paganam duxit in uxorem, [3] specie muliebri deceptus. Hæc filia erat nephandissimi Saxonum principis Hengisti. Feminæ vocabulum erat Rowen. Ad cujus Hengisti preces rex Vortigernus invitatus domum ejus intravit; ubi epulis sumptuosis refectus & potibus inebriantibus, puella prædicta, formositate non carens optima, induta vesturæ generibus regem honore, ut decuit, & vultu amabili, cum corporis honesta gestura manu cupam gerens humiliter genu flectendo [4] salutavit, inquiens lingua Saxonica, [5] Lonerd Kyng Wesheyl. At rex, visa facie puellæ, admiratus est tantum ejus decorem, & incaluit. [6] Denique interrogavit interpretem suum quid dixerat puella, & quid ei responderet. Cui interpres ait, vocavit te dominum regem, & vocabulo salutationis honoravit. Quod autem respondere debes est, [7] Drynkheyl. Respondens itaque rex, [7] Drynkheyll, jussit puellam potare, cepitque ciphum de manu ejus, & osculatus eam potavit. Ab illa itaque die mansit consuetudo illa in Britania in conviviis, ut qui potat ad alium diceret, [8] Wesheyl, qui vero post illum potum recipit [9] respondit, [10] Drynkheil. Rex tunc diversis potibus inebriatus, intrante in cor ejus Sathana, amavit heroïce puellam, & postulavit eam à patre suo. Et vere in cor ejus intraverat Sathanas, quia cum pagana ipse Christianus copulam carnalem ardenter appetebat contra ritum Christianorum & contra fidem suam. Hengistus statim petiit suorum consilio sibi dari comitatum Canciæ. Rex amore puellæ ardens quod petiit æque cito concessit. Alios post affines & cognatos suos Hengistus advocavit, quos inter Britones & Pictos

Fol. 4 . a.

Pagana uxor regis Vortigeri. M.

Hengistus. M.

Washeyt. M.

Fol. 44. b.

---

1. Ipse auripræsuli C. C. 2. Vortigerius C. C. 3. Spe muliebri C. C. 4. Saltavit C. C. 5. Leonard Kyng Wesheyt C. C. 6. Deinde C. C. 7. Drinckheyt C. C. 8. Washeyt C. C. 9. *Sic.* 10. Drynkheyt C. C.

juxta

juxta murum à Severo imperatore factum collocavit, qui mixti cum Britonibus pagani Christianis confœderati fidem Christi exemplo nequissimo regis Vortigerni corruperunt, [1] multique sequuti sunt errores, & Pellegiano errore in Britania exorto ut [2] pestilencia inter sanos multos [3] hæresis multipliciter corrupit. Et sic à malo minori semper crevit majus malum, Britonibus decrescentibus, & Saxonibus ad culmen honoris licet proditorie ascendentibus, insula subpeditata est. Et verum dico proditores erant. Nam die [4] limitata in Kalendis Maii Britones & Saxones juxta cœnobium Ambrii [5] convenerunt, ubi de pace & [6] proficuo regni statueretur. Et ibi Hengistus nova [7] proditione usus præcepit commilitonibus suis, ut [8] quisquis longum cultrum infra caligas suas absconditum haberet, & cum colloquium [9] tractarent, dato per eum eis hoc signo, **Nemieth your seris**, unusquisque paratus adversum sibi Britonem cum suo cultro [10] interficeret. Et finaliter sic factum est, paucis Britonum vix evadentibus, quorum unus erat Eldol Claudiocestriæ, cujus frater Sanctus Aldatus Claudiocestriæ episcopus eundem Hengistum, ut [11] alter Samuel regem Agag, postea in [12] frustra concidit [13] & merito". Nam in ipsa Hengisti proditione loco prænotato proditorie jugulati sunt de magnatibus Britaniæ [14] quadringinti & sexaginta personæ, rege [15] tantum salvato, qui tunc regum miserimus totum regnum suum dispercioni dedit, & in omnibus hostium suorum appetitui annuere coactus est. Tunc ipsi detestandi Saxones singulis regni civitatibus invadebant cives, [16] ut rapaces lupi non resistentes oves". Maxima erat tunc miseria in regno; sed remedium [17] à deo missum est per filios regis Constantini Aurelium Ambrosium & fratrem suum Uter, sive Utredum Pendragon, qui, deo eos protegente, Saxones postea vicerunt, & Merlini, [18] Britonum vatis, con-

Fol. 45. 1.

Verba proditoria Saxanorum erga Britannos contra eorum fidem & juramentum. M.

Nýmeþ eoper Seaxaý, id est, distringite ferra. M.

Ut rapaces lupi non desistentes oves. M.

---

1. Multi sequuti C. C. 2. Pestilena C. C. 3. Hecsi multipliciter corrumpunt C. C. 4. Limitata Kalendas C. C. 5. Convenient C. C. 6. Proficio C. C. 7. Prodicione visus C. C. 8. Quisque C. C. 9. Tentarent C. C. 10. Interficerent C. C. 11. Aliter C. C. 12. *Sic.* 13. *Desunt* C. C. 14. *Sic.* 15. Tamen C. C. 16. *Desunt* C. C. 17. Adeo C. C. 18. Britoni vatis C. C.

H filio

ſilio lapides medicinales magnitudinis inmenſæ, quos gigantes ab antiquo ab Affrica ad montes Kildariæ in Hibernia [1] vexerant, Hiberniensibus poſtea reſiſtere non valentibus in Britaniam tranſtulerunt, & ubi barones [2] Britaniæ proditione Hengiſti occiſi & ſepulti fuerant ordine quo primo Affrica, deinde Hibernia ſituati [3] fuerant" * ibi ſituatæ ſunt, & Stonhengs [4] modo appellatur. Et hoc eſt ad ſeptentrionem civitatis Novæ Sarum per circiter VI. vel ſeptem miliaria, & modo [5] habentur pro uno de [6] mirabilibus Angliæ. Erat Antiquitus appellata civitas Karadoci ſive Caircradok à conditore, quæ modo [7] Old Salisbury dicitur, quam civitatem cum caſtro [8] prius perante condiderat, qui [9] eciam," ut parum ſupra habetur, tempore regis Conſtantini, avi regis Arthuri, reparavit urbem nunc dictam Warwicum, & eccleſiam Sancti Johannis in foro conſtruxit. Modo ad propoſitum [10] redeundo ſciatis, quod Aurelius vicit Saxones, & in Britania victorioſe rexit. Tandem ſibi veneno proditorie extincto ſucceſſit nobilis frater [11] ſuus Uter, qui condidit caſtrum Pendragon in boriali plaga, qui genuit magnum regem Arthurum, qui micuit ob nobilem [12] tirociniæ palmam inter militiæ inclitiſſimas perſonas, ut Lucifer inter minores ſtellas. Iſte diebus ſuis totam Britaniam à Romanorum [13] ſubjectione perhenniter liberavit. [14] Tenuit eciam ipſe rotundam militum tabulam. Quorum vero, ut Galfridus de hiſtoria Britonum & Johannes Herding in Cronica ſua cum multis aliis, unus de præcipuis inter alios erat Arthal, conſul civitatis Caerguerienſis, quæ modo appellatur Warwyke. [15] Hujus diebus Sanctus Dubricius ſenio detentus circa tempora quibus Arthurus rex ſolempne feſtum apud * Caerleon in Suthwallia tenuerat ſuum reſignavit archipræſulatum,

Stonehinges in valle Severiana fuit ſepulcrum nobilium Britanorum, & id proditione Hingeſti Saxonali comitis Cantiæ M.

* Fol. 45. b.

Caercradocke à conditore ejus nominis Olde Salibiria. M.

Rex Aurelius. M.

Uter Pendragon rex. M.

Arthurus rex. M.

Arthal conſul civitatis Caergurienſis, quomodo appellatur Warwick. M.

Dubricius ſuum archipræſulatum reſignivit Arthuro regi in Davidis uſum nepotis regis. M.

* Fol. 46. a.

1. Venerant *C. C.* 2. Britanorum *C. C.* 3. Sunt *C. C.* 4. Mons *pro* modo *in C. C.* 5. Habetur *C. C* 6. Mirabilium *C. C.* 7. Olde Salisbiria *C. C.* 8. *Sic in Cod. Cottoniano. At in C. C.* prius periante. 9. Enim *C. C.* 10. Redendo *C. C.* 11. Suus rex Uter *C. C.* 12. Trojanæ patinam inter *C. C.* 13. Servitute *C.C.* 14. Tenuit ipſe Arthurus rex rotundam *C.C.* 15. Huic *C.C.*

ſulatum, & ſtatim ſibi ſubrogatus eſt avunculus regis vir equeſtris Sanctus David, qui cathedram archiepiſcopalem tranſtulit uſque Meneviam. Tunc Sanctus Dubricius heremetice vixit apud aquam Sabrinæ, & in inſula de [1] Stepeholm in Sabrina ſituatam. & vir ſanctus mundum parvipendens poſt hanc vitam tranſitoriam ad [2] cœlum aſcendens modo ibi vitam induit æternam. Corpus ejus Landaviæ nobili [3] ſcrineo cum duobus ſanctis ſucceſſoribus ſuis Thelaio & Odotheo, Landaviæ epiſcopis, honorifice ſervatur, & ejus feſtum ibi ſolempniter annuatim celebratur XIIII. die Novembris. Et quamvis Britones, ut ſæpe habuerunt pro tempore dominium, [4] nihilominus Saxones commixti ſuum detinuerunt certis locis ſolidum fundum, à diebus vero Hengiſti ſuper Canciam vero regnaverunt, [5] & ſic in multis aliis regni locis regnabant ſceptris pro regali inſignio licet non coronis inſigniti. Bene recolo omagium regum Merciorum, præcipue regis Kenulphi, patris Sancti regis Kenelmi, in [6] qua ſine corona clamide [7] tamen" regali manu tenet ſceptrum. Poſt adventum Saxonum in hanc inſulam ſanctus Gregorius miſertus populi ad regnum convertendum Chriſtianæ fidei [8] miſit Auguſtinum anno domini DXCVI°. qui proſpere, deo favente, in cunctis agens, primo Canciam, deinde proceſſu totum convertit regnum. Germanici ſecundum [9] Henricum de Huntingdon in Cronica ſua à Vortigerno, rege Britaniæ, invitati in regnum anno [10] domini CCCCXLIX°. ut ſtipendiarii advenerunt de tribus Germaniæ populis fortioribus, ſcilicet Saxonibus, Anglis & Victis [11] vel Jutis. De Victarum origine ſunt Cantuarii & hii qui tenent inſulam Vectam, & occidentales Saxones poſiti [12] contra inſulam iſtam. De Saxonibus ſunt [13] orientales, meridionales, Medii Saxones, & Occidentales Saxones. De Anglis, hoc eſt, de illa patria quæ dicitur [14] Angulus, vel vetus Anglia, ab eo tempore uſque hodie manet deſerta, quia abinde venerunt omnes

Regnavit ſuper Canciam Engiſtus. M.

Quibus inſigniti ſunt reges hiis diebus. M.

Fol. 46. b.

Beatus Gregorius miſit Auguſtinum ad prædicandum verbum in Angliam, & præſertim ipſe convertit Cantianos. M.

1. Stepholin *C. C.* 2. Celum *C. C.* 3. *Sic.* 4. Novimus Saxones *C. C.* 5. Et cetera in multis *C. C.* 6. *Sic.* 7. Tum *C. C.* 8. Miſit beatus Gregorius antedictus Auguſtinum monachum cum quadraginta ſociis anno domini *C. C.* 9. Henricum Untingdon *C. C.* 10. Domini XLIX. ut ſtip. *C. C.* 11. Ut nitis *C C.* 12. Poſiti quam inſulam *C. C.* 13. Orientes mundionales *C. C.* 14. Anglus ut vetus *C. C.*

viri, mulieres, & parvuli quæ inter provincias Saxonum & Victarum [1] esse perhibetur. De eis sunt Orientales Angli, ut Suffolk & Norfolk mediterranei Angli, Merci, & [2] tota Northumbrorum progenies [3] ab Humber flumine ad partem borialem, & penitus omnes alii Anglici per totum regnum.

Saxonibus in regno firmatis, primo [4] diviserunt regnum in comitatus, & in singulis comitatibus statuerunt reges, quorum unus nomine Warremundus civitatem [5] Cairguair pene guarra Saxonum & Britonum destructam in suam cepit sortem. Hanc ad placitum suum reparatam nomine mutato & nomini suo aptato Cairgueir commutavit in Warwyk. Hoc plane habetur apud Sanctum Albanum in libro de gestis abbatum ejusdem loci. Et ut sub brevibus plura perstringam, deficientibus Britonibus, qui rem publicam regere nequierunt, ad eos calamum dirigo, quibus deus regimen contulit regni. "Deus dedit, deus abstulit, & ut deo placitum est semper materia requiescit." Sine auctoritate loqui diffugio, pro certo [6] tamen librum de gestis abbatum nobilis memoriæ abbaciæ Sancti Albani de gestis abbatum ejusdem venerabilis loci pro fundamento sumo, quod rex Warremundus, prædictæ Warwici conditor, Warwik à nomine suo nominavit. Habuit, ut ibi habetur, filium, statura decorum & vultu venustum, deo mirabiliter operante surdum secundum humanam æstimationem, [7] sed secundum rei veritatem mutum. Cumque [8] pater senesceret, nobiles patriæ hunc dedignabant suum in rectorem sumere [9] aut" dominum. Hac protervia à puero illo nomine Offa concepta, creatori suo animum erigere coëgit. Et dum alii aliis [10] militaribus contra patrem pro filio manus [11] belligeras erigerent, deus, qui omnium in mœstitia est consolator, de surdo & muto fecit eloquentissimum. Hoc dono sibi dato à [12] superno cœli trono, patrem adiit, benedictionemque petiit, & cingulo militari accinctus suos & paternos ho-

Rex Warremundus. M.

Fol. 47. a. Warwick. M.

Warremundus rex, conditor Warwici, unde nomen habuit. M.

Offa. M.

1. Dio *pro* esse *in* C. C. 2. Toto *C. C.* 3. Ad *C. C.* 4. Dimiserunt *C. C.* 5. Caerguan *C. C.* 6. Tum *C. C.* 7. Scilicet *pro* sed *in C. C.* 8. Ipse *pro* pater *in C. C.* 9. *Deest C. C.* 10. Militaribus cum primis pro filio *C. C.* 11. Belligerans *C. C.* 12. Summo cœli *C. C.*

ſtes de facili [1] ſuperavit. Redienſque ad patrem ætate ſenilem inſignia regalia à patre reſignata pro comodo rei publicæ debita deliberatione admiſit, patremque Fol. 47. b. Gloverniæ, ut [2] petierat, honorabili [3] tradidit ſepulturæ. Patre mortuo, filius vagans quadam vice à venatoribus invenit mulierem pulcherrimam magnis doloribus conſtrictam, quæ procul à notis ſuis diffugerat. Hanc inveniens, cauſam querimoniæ petens, ipſa docente filiam eam regis fuiſſe novit quam improbus pater deflorare cupierat. Illa patris honori [4] fovens, & ſuam cuidam nobili à deo deſtinata virginitatem ipſo altiſſimo diſponente commendans, à patre longe fugit. Hujus tunc in comparabilis pulcritudinis ſingularem eminentiam rex Offa admirans, ipſe tunc ſolutus eam conſolabatur, &, ut brevibus utar verbis, [5] finaliter recepit in uxorem, & de ipſa utriuſque ſexus liberos legittime procreavit. Boriali tunc plaga ex Pictis & Scotis inſurrectione cogebantur reges illarum partium ad regum auſtralis partis diffugere ſubſidia, & quia iſte rex Offa erat aliorum nominatiſſimus, ſibi præcipue pro auxilio eos ſibi amiciſſimos & filiorum & filiarum copulatione [6] vinculum [7] invicibile facere omni proteſtatione poſſibili promittebant. Hiis & aliis mocionibus rex Offa allatus partes boriales adiit, & fortuna ſibi favente de facili hoſtes expectare non valentes cito [8] expulſit. Ad recreationem laborum ab illuſtribus viris expectare coactus, nuncium Fol. 48. a. advocavit uxori ſuæ reginæ [9] &" magnatibus ſuis [10] proceſſum expeditionis in ſcriptis miſit. Nuncius ab eo recedens, ut male contigit patris reginæ ſuæ palacium non agnoſcens intravit. Receptus ſibi colloquentibus, cujus nuncius erat, detegebat. Hoc percipiens rex dicti palacii, & per priora inquiſita certitudinaliter noſcens illam filiam ſuam eſſe, ac regi Offæ copulatam, invidia accenſus [11] nunciam inebriavit, literam regiam permutavit ſub hac [12] forma: "[13] Rex Offa majoribus & præcipuis

1. Subſtravit *C. C.* 2. Pecierat *C. C.* 3. Tunc dedit *C. C.* 4. Favens *C. C.* 5. Finalem *C. C.* 6. Vinctum *C. C.* 7. *Sic.* 8. *Sic.* 9. *Deeſt C. C.* 10. Proceſſu *C. C.* 11. *Sic.* 12. Forma ſequenti *C. C.* 13. *Omnia ab hac loco uſque ad,* Rex autem cito monita *&c. fol.* 50. a. *deſunt in C. C.*

"regni

"regni sui salutis & prosperitatis augmentum. Univer-
"sitati vestræ notum facio in itinere, quod arripui in-
"fortunia & adversa plurima tam mihi quam subditis
"meis accidisse, & majores exercitus mei non ignavia
"propria vel hostium repugnantium virtute, sed potius
"peccatis nostris justo dei judicio interisse. Ego autem
"instantis periculi causam pertractans, & conscientiæ
"meæ intima perscrutans, in memetipso nichil aliud
"conicio nisi altissimo displicere in hoc quod perditam
"& maleficam illam absque meorum consensu in uxo-
"rem imperito & infelici duxi matrimonio. Ut ergo
"de malifica memorata voluntati vestræ ad plenum,
"quam temere offendi, satisfiat, asportetur cum liberis
"ex ea genitis ad loca deserta hominibus, inconsueta
"feris, aut avibus, aut silvestribus frequentata prædo-
"nibus, ubi cum pueris puerpera truncata manus &
"pedes exemplo careat inaudito." Nuncius autem [1] ma-
nefacto vino quo [2] maderat digesto, compos jam sui ef-
Fol. 48. b. fectus discessit, & post aliquot dies perveniens ad pro-
pria regiis magnatibus literas fictas pro veris inscius
exposuit. In quarum auditu perlecta mandati serie in
stuporem & vehementissimam admirationem universi
plus quam dici possit rapiuntur. Et super hiis aliquot
diebus deliberantes regio mandato obtemperarunt. Mi-
sera igitur regina seducta ducta est in heremum homini-
bus inconsuetum, pueri vagientes trucidantur, matri eo-
rum propter formam admirabilem parcentes. Hoc facto
revertuntur. Erat prope quidam vir solitarius devotioni
in oratorio suo totaliter deditus, & credibile quod erat
in oratorio olim Dubricii almi pontificis in honorem
Sanctæ Mariæ Magdalenæ dedicato. Exiens vir sanctus
circa noctis crepusculum mulieris cujusdam luctus lacri-
mabiles audivit. Ululatu ductus ad ipsam pervenit. cor-
puscula membratim dispersa vidit non sine magno mœ-
rore intuens & admirans matrem prout potuit consola-
batur, membra recollegit dispersa, eaque apposuit; de-
inde [3] genuflexis cum lacrimis & in deo firmiter confi-
dens pro eorum resuscitatione corde tenus oravit, &

1. *Sic.* 2. *Sic.* 3. *Sic.*

statim

ſtatim conjuncta corpuſcula in priſtinum & integrum naturæ ſtatum ſunt reformata, & animæ mortuorum ad priſtina domicilia ſunt reverſæ. Ad manſiunculæ igitur ſuæ ſepta parum ab aqua matrem cum pueris duxit, & Fol. 49. a. pro poſſe ſuo fovit. Poſt vero duorum menſium curricula rex Offa domum lætus remeavit. Tandem cur regina ſibi non obviaverat quærens, ſtupefacti magnates ſui literas oſtenderunt, & quid fecerant denudarunt. Quo audito, rex ſyncopiſando cecidit. Iterum vires ſuas reaſſumens amare flevit, ſingultiendo vix loqui pro dolore potuit. Erat tunc planctus omnium ululatuſque lugentium. Tandem monitu ſuorum, ut potuit, reſpirans, per eos in ſtudio venatico vocati venatores, ut rex ſpaciaturus venando dolorem ſuum diminueret,& luctum ſolatio [1] dimulceret. Rex à ceteris diſperſus ad oratorium prædictum pervenit & intravit, & humili reſidens ſedili membra fatigata quieti ad tempus dedit. Recolens tunc qualiter uxorem ſuam ibidem quondam divinitus reperiſſet, & quam elegantem ex ea prolem genuiſſet, eruperunt lacrimæ, nec ſe continere valebat, eciam cum gemitibus, & in querelas lugubres ora reſolvens hoſpiti ſuo dicto viro ſolitario de uxore ſua & prole multiplici totum proceſſum enarravit, ac ſenex ſereno vultu factus ex intrinſecus concepto gaudio alacrior conſolatus eſt regem, & in vocem exultationis prorumpens ait gaudio, "O rex, deus conſolationis tibi affluenter "contulit ad ipſum colendum & regratiandum cauſam "maximam. En domina regina uxor tua cum ſuis pro-"libus vivit, non meis meritis, ſed potius tuis. Integri-"tati, ſanitati, & lætitiæ qui trucidabantur reſtituuntur. "Recognoſce quanta tibi fecit dominus, & in laudes & "gratiarum actiones totus exurge." Tunc exiliens ſan- Fol. 49. b. ctus vir pro gaudio evocavit reginam, quæ in interiori domo pueros ſuos balneo confovebat ſolito. Uxore vocata videns dominum ſuum regem pedibus provoluta lacrimis exultationis inundavit. In cujus amplexus deſideratiſſimos rex ruens, ipſam in majus quam exprimi poſſit gaudium ſuſcepit. Ductis tunc pueris per ſenem ad patris & matris præſentiam, eos pater inter brachia

1. *Sic.*

ſuſce-

[1] suscepiens, & ad pectus arcioribus amplexibus applicans, roseis [2] vultubus infantum oscula imprimit fluentibus præ gaudio lacrimis. Et cum diutius eorum colloquiis pasceretur, conversus rex ad senem ait: "O pater "sancte, meæ consolationis reparator, & gaudii mei "restaurator, pro tuis erga me meritis me, meos & mea "tuæ expone voluntati." Ac sanctus, "Domine mi "rex, non decet me peccatorem conversum ad domi-"num ad mundana iterum respicere. Tu vero potius "pro animabus parentum tuorum, tuaque tuorum cœno-"bium quoddam fundare vel aliquod dirutum studeas "restaurare, in quo deo imperpetuum serviatur, & tua "memoria ad deum cum precibus fusis cum benedictio-"nibus semper recenter recolatur." Et conversus senex ad reginam ait: "Et tu filia, quamvis mulier, non "tamen muliebriter ad hoc regem admoneas diligenter; "filios tuos instrui facias, ut & dominum deum, qui "eos vitæ reparavit, studeant gratanter honorare, & "eidem fideliter famulando fundandi cœnobii posses-"siones [3] implicare & tueri libertates." Sanctus autem
Fol. 50. a. ad cellam rege recedente reversus, post paucum temporis ab incolatu hujus mundi migravit ad dominum, mercedem æternam pro temporali recepturus. Rex [4] autem cito monita [5] ejus" salubria dans oblivioni mundanus senescebat, & onus cœnobii fundandi humeris filii sui moriturus imposuit, & de filio in filium usque in decimam circiter [6] generationem lapsit. Tandem alius rex Offa ab eo [7] lenealiter descendens visione doctus [8] senobium Sancti Albani à fundamentis construxit, possessionibus magnifice dotavit, & corpus ipsius almi prothomartyris Albani in nobili [9] scrineo ab humili in altum laudabiliter transtulit. Istum processum eodem loco libro de gestis abbatum vidi, & multo longiori processu verbatim abinde scriptus illustris memoriæ Ricardo Nevel comiti Warwici erat directus. In dicta [10] eciam abbathia aula abbatis in pannis cum eadem historia usque

Rex Offa. M.

Rex Offa * senobium Sancti Albani. M.

1. *Sic.* 2. *Sic.* 3. F. multiplicare. 4. Offa *pro* autem *in* C. C. 5. *Deest* C. C. 6. Gravationem C. C. 7. Lineate C. C. 8. *Sic.* *Leg.* cœnobium. 9. *Sic.* 10. Autem C. C. --- * *Sic ista verba concipiuntur.*

hodie

hodie decoratur, & egomet vidi. Ab isto Warremundo [1] lincaliter descenderunt reges Merciorum.

Rex Britonum Arthurus est sepultus abbathiæ Glastoniæ. M.

Rex Britonum Arthurus obiit anno domini DXLII. mense Maii die XXI. Rex Arthurus, ut quidam scribunt historici, abbathiæ Glastoniæ, ubi sepultus est, contulit Bremmerch cum aliis possessionibus ad verum annuum valorem quingentarum marcharum. Cui successit ipso in obitu [2] nominante" tercius [3] Constantinus rex Britonum annis XX. vir pro sancto à Britonibus reputatus, & apud [4] Stonhengs chorea gigantium sepellitur anno domini *DLXII. Erat ipse nepos regis Arthuri ex sorore, & Cadoris ducis Cornubiæ [5] filius.

Constantius rex tercius Britonum, & nepos ex sorore regis Arthuri. M.

*Fol. 50. b.

Tercius ab illo Britonum rex erat nominatus Mailgo, vir, secundum Galfridum, potens & aliis fortunatior. Hic sex provinciales occeani insulas sibi subjecit, Hiberniam videlicet, atque Islandiam, Gotlandiam, Orchades, Norwegiam & Daciam seu Danmarchiam. Condidit iste Mailgo aut reparavit Salopiam & [6] Hardlaghe.

Rex Mailgo conditor fuit Bangorensium, ac etiam restaurator.

* castra Kilii, quod dicitur Hollihed. M.

Erant tunc in Cambria VII. episcopi sub uno metropolitano. In legenda Sancti [7] Machutas habetur, quod ipse Machutus erat episcopus Gwinni in [8] Wallia castri, hoc est, [9] Went, ubi pater suus erat comes. Erat [10] eciam episcopus Sanctoniæ in Minori [11] Britanea.

De transmigratione regni Britanniæ in Angliæ regnum. M.

Extunc Britonibus decrescentibus crevit indies robur Saxonum, & fugerunt Britones in Walliam & in Cornubiam, inter quos archipræsules Theones Londoniensis & [12] Cadiocesus Eboracensis cum omnes ecclesias sibi [13] subjectas usque ad humum destructas vidissent, cum aliis ecclesiasticis & fidelibus, qui superfuerant, diffugerunt ad tutamina nemorum in Cambria cum reliquiis sanctorum, timentes ne barbarorum irruptione delerentur. Amiserunt tunc Britones regni diadema, & regnum nomine mutato de Britania [14] dicta est Anglia. Erat circa hos dies in civitate [15] Bangor nobilissima ab-

---

1. Linealem *C. C.* 2. *Deest C. C.* 3. Constantius *C. C.* 4. Stanhenge *C. C.* 5. Filius. Huic successit rex Mæilgo, vir *C. C.* 6. Hardlaghe: ac etiam Keyerkyby, ac præterea erexit novam Bangorensium civitatem super flumen Meanath inter Anglesiam insulam & Northewalliam. Erant tunc *C. C.* 7. Machuti *C. C.* 8. Wallia, id est, castri, *C. C.* 9. Want *C. C.* 10. Autem *C. C.* 11. *Sic.* 12. Cadiosessus *C. C.* 13. Subditas *C. C.* 14. *Sic, pro* dictum. 15. Bangorensi super flumen Deæ situata nobilissima *C. C.* --- * *Sic.*

*Fol. 51. a. Divisio veteris monasterii de Bangor super Deæ flumen. M.

Ethelfridus rex pessimus. M.

Ida rex. M.

Bamburg. M.

Qui fuerunt in tempore Saxonorum comites. Fuerunt enim hereditarii in regione illa. M.

Fol. 51. b.

Ethelbertus rex Cantiæ. M.

bathia, in qua fertur fuisse tantus monachorum numerus, ut cum in septem æquales portiones * esset cum præpositis sibi prioribus monasterium divisum, nulla harum porcio minus quam trescentos monachos haberet, qui omnes laboribus manuum suarum vivebant. [1] Abbas eorum Dinoc nominabatur. Quos omnes cum multis aliis destruxit Ethelfridus, Northumbrorum rex, juxta [2] Cestriam. Cujus prædecessor Ida nomine primus rex Northumbrorum cœpit regnare anno domini DXLVII°. qui, secundum Henricum Huntingdon in cronica sua, condidit urbem in illis partibus nunc dictam [3] Baumburgh, tunc dictam Bebbanburgh" à Bebba regina. Et, ut non multum [4] supra scripsi, Saxones diviserunt regnum in comitatus, [5] Anglice **Shyres**, [6] quæ traxerunt nomen à nobilioribus civitatibus vel villis infra earum [7] præcinctum, ut ab Eboraco Yorkshire, à Warwico [8] Warwykshire, à Derbia Derbyshire, & sic de aliis. Et quælibet shira habuit comitem vel vicecomitem, & [9] quisque erat semper vir nobilior ipsius provinciæ. Colligebat ille ex officio reditum & fischum [10] regium, & in cartis regni vocabantur ministri quasi ministri regis, & erant pro majori parte hereditarii, nisi ex cupiditate probabantur in actibus suis multum [11] defectivi. Tunc sæpe omnibus bonis suis amissis banniti sunt à regno pro tempore vel imperpetuum secundum portionem delicti, & alii suis in locis subrogati. Et super comites & vicecomites erant duces, qui tempore guerræ essent pugnantium ductores, & habuerunt hii diversos comitatus eis [12] subjectos. Attamen in scrîptis [13] quandoque vocabantur duces, quandoque comites. ad utrumque nomen erant sæpe [14] indifferentes. Rex Cantiæ Ethelbertus baptizatus [15] est" à Sancto Augustino circa annum domini DLXXXXV. Fundavit ipse ecclesiam cathedralem & archiepiscopa-

1. Abbas vero eorum *C. C.* 2. Cestriam in via militari nomine Wotton civitate prædicta destante uno miliari cum dimidio. Cujus prædecessor fuit Ida nomine *C. C.* 3. *Desunt C. C.* 4. Superius *C. C.* 5. Anglice regioones vel Shiras, quæ *C. C.* 6. *Sic.* 7. Præcincta *C. C.* 8. Warwykshire, et c. Et quælibet *C. C.* 9. Quisquis *C. C.* 10. Regni *C. C.* 11. Defecti *C. C.* 12. Subditos *C. C.* 13. Quicunque voc. duces quicunque comites *C. C.* 14. Indurantes *C. C.* 15. *Deest C. C.*

tum

tum Cantuariæ, & ecclesiam Sancti Pauli London, & [1] Sanctæ Andreæ [2] Rouceſtriæ. Rex Orientalium Anglorum [3] Sigebertus, frater regis [4] Eorpwaldi, filii regis Redwaldi, ſecundum Bedam de geſtis Anglorum libro III°. capitulo [5] XVII°. & ſecundum Henricum Huntyngdon libro tercio, ſcolas puerorum gramaticales, ut in Galliis prius viderat, juvante ſe Sancto Felice epiſcopo, locis oportunis inſtituit. Tandem commendato regno nepoti ſuo Egerico, ſponte pro dei amore mundum relinquens in monachum attonſus eſt in monaſterio quod ipſe conſtruxit. Sed poſtmodum pagano rege idem regnum infeſtante [6] extractus eſt rex Sigobertus de ſuo monaſterio quaſi ad milites [7] ſuos" roborandos, ubi martyrizatus eſt in ſimplicitate ſua circa annum domini [8] DCXL. ſolam virgam manu geſtans. Et, ſecundum J. ad Euſtachium libro primo [9] capitulo XVIII°. Anglicanis ſtudiis ſuſpenſis florebat ſcientia [10] in" Scotia & Hibernia. [11] Erat vero Hibernia" totius tunc ſcientiæ promptuarium & [12] alumpna. Ibi ſtudebat Sanctus Cedda, prius Sancti Aidani, Lindiſfarnenſis epiſcopi, diſcipulus, poſtea Eboraci, & demum [13] Lindeſeiæ & totius regni Merciorum [14] diſcipulus. Cui conſcolaris erat in Hibernia Egbertus genere nobilis, [15] ſimul converſatione nobilior, & multi [16] præclari moribus & ſcientia viri de Anglia. Qui quidem Egbertus, ſecundum Willielmum de regibus libro primo, omnium liberalium artium [17] armariolus, primus poſt Sanctum Paulinum erat Eboracenſis archiepiſcopus. Multi erant intermedii in eadem ſede non archipræſules ſed [18] tantum epiſcopi. Nam [19] pallium archiepiſcopale Sanctus [20] Paulinus patriam effugiens Rouceſtriam, ubi [21] ſcrineo eſt poſitus, ſecum detulerat. Iſte tunc Egbertus nobiliſſimam bibliothecam, alias librariam, Eboraci conſtituit. Nobiles quoque habuit diſcipulos, quorum Alquinus, aliter [22] Albinus, erat

Sigobertus rex Anglorum Orientalium. M.

Fol. 52. a.

Sanctus Paulus effugiens Roceſtriam ſcrineo * ponitus eſt. M.

1. *Sic. Leg.* Sancti. 2. Rouceſtem *C. C.* 3. Sigobertus *C. C.* 4. Corpwaldi *C. C.* 5. 18. *C. C.* 6. Extinctus eſt *C. C.* 7. *Deeſt in C. C.* 8. 540. *C. C.* 9. Capite *C. C.* 10. *Deeſt C. C.* 11. *Deſunt C. C.* 12. Alumpnarum *C. C.* 13. Lindeſere *C. C.* 14. Epiſcopus. Cui conſolaris *C. C.* 15. Sed *pro* ſimul *in C. C.* 16. Præclari viri moribus & ſcientia de Anglia *C. C.* 17. *Sic pro* armariolum. 18. Tunc ep. *C. C.* 19. Paulatim archiep. *C. C.* 20. Paulus *C. C.* 21. *Sic.* 22. Allinus *C. C.* — * *Sic.*

Studii generalis Pariſienſis erant fundatores iiii. monachi, Anglici Sancti Bedæ diſcipuli, ſcil. Rabanus, & Alquinus, Claudius, & Joannes Scotus. M.

magiſter Karoli Magni, regis Franciæ, & Romanorum imperatoris. Et ſecundum Vincentium in ſpeculo hiſtoriali libro XXIIII°. [1] capitulo CLXX°. ſtudii generalis Pariſienſis erant fundatores IIII. monachi Anglici Sancti Bedæ diſcipuli, ſcilicet Rabanus, & Alquinus, Claudius, & Johannes Scotus cum aliis ex poſt [2] certis Hibernicis. Nam, ſecundum eundem, quandam cronicam Arelatenſem pro ſe allegans, florentibus hiis diebus in Hibernia

Fol. 52. b.

[3] ſtudiis liberalibus præ ceteris regnis, contigit duos Scotos monachos de Hibernia cum mercatoribus Britanicis ad litus Galliæ devenire, viros in ſecularibus & in ſacris Scripturis incomparabiliter eruditos, ubi clamare ſolebant, "Si quis ſapientiæ cupidus eſt, veniat ad nos" Quibus ad regem Carolum vocatis, cum petiſſet quid pro doctrina ſua peterent, reſponderunt, loca tantum oportuna & animas ingenioſas cum alimentis & quibus tegamur. Nam ſtudia literarum erant fere [4] ubique" oblivioni tradita. In Anglia quod ita erat ſatis certum eſt. Nam, ut habetur in cronica, quæ [5] intitulatur Flores hiſtoriarnm, Fide Chriſtiana ibi ſuſcepta, omnes Univerſitates Angliæ auctoritate papali & regia erant ſuſpenſæ, & ſic ſteterunt ſuſpenſæ quouſque iterum per nobilem Auluredum, ut inferius cum ad ſua tempora pervenerimus dicetur, [6] qui literatura quævis [7] licita deo placita & hominibus Oxoniæ pululavit. Jam ad priora rediens, Cum rex Carolus [8] reſponſum duorum monachorum Hibernenſium audiſſet, rex repletus gaudio ambos ſecum retinuit. Tandem unum eorum nomine Clementem in Gallia [9] Pariſeos vero reſidere fecit, cui pueros nobiliſſimos mediocres & inſignes multos commendavit cum exhibitione ſufficienti. [10] Alterum vero nomine . . . . . in Italiam direxit, [11] cui monaſterium Sancti Auguſtini juxta [12] Ticonenſem urbem, quæ nunc [13] Pavoia, vel Papia, dicitur, pro literatura ibi multiplicanda delegavit. In ambobus locis uſque nunc ſunt nobiliſſimæ Univerſitates. Hiis omiſſis nunc ad Angliam redeamus.

* Notatam dignum de literarum ignorantia. M.

Oxonia. M.

Fol. 53. a.

PanoiaUniverſitas. M.

---

1. Capitulo 70. ſtud. *C. C.* 2. Ceteris *C C.* 3. Scientiis *C.C.* 4. *Deeſt C. C.* 5. Inticulantur *C. C.* 6. *Sic.* 7. Licitata *C. C.* 8. Curſum duorum *C. C.* 9. Periſſe vero *C. C.* 10. Alter *C. C.* 11. In mon. *C. C.* 12. Liconenſem *C. C.* 13. Panoia *C. C.* --- * *Sic.*

Rex

Rex Orientalium Saxonum Sebartus primus illius provinciæ regum, Sancto Mellito prædicante, Christianus effectus est circa annum domini DLXXXXV°. Qui ecclesiam Sancti Petri Westmonasterii copiosa caritate fundavit. Erat & ipse, ut scribit Aluredus Rivallensis & J. ad Eustachium, nepos Sancti Athelberti regis Canciæ. Hanc ecclesiam, ut ipse ibi scribit, Sanctus Petrus, apostolorum princeps, nocte ante diem qua Sanctus Mellitus eam dedicaret, manu propria ipse [1] apostolus dedicavit, & per piscatorem nuncium misit ut missam dedicationis solempniter ageret præcepit. Accedens Sanctus Mellitus peractum reperit quod faciendum intenderet. Ingrediens nempe episcopus cum rege Sebarto ecclesiæ parietes crismate signatos reperit, duodenis [2] crucibus insignitos & [3] cereos extinctos. Idem [4] eciam rex Sebartus ecclesiam Sancti Pauli London, quam [5] patruus suus Ethelbertus rex construxerat, ecclesiam fecit cathedralem, regalibus eam ditans prædiis & libertatibus, cujus erat Sanctus Mellitus primus episcopus circa annum domini DCXXXVI. Sanctus [6] Edwinus martyr, rex Northumbrorum secundum [7] J. ad" Eustachium libro primo capitulo secundo, erat primus rex Northumbriæ Christianus. [8] Idem sanctus rex", ut vidi London in libraria Sancti Pauli in Chronica Radulphi de Duceto, quondam ejusdem ecclesiæ cathedralis [9] decani, primus omnium fundavit ecclesiam Sancti Petri [10] Eboraci. Sanctus Oswaldus rex Northumbrorum martyr gloriosus sanguinem suum [11] fineralem in causa dei fudit circa annum domini [12] DCXLII. Hujus gloriosi martyris brachium cum manu integrum carne & cute apud monasterium de Burge Sancti Petri juxta paludes honorifice servatur. Rex Westsaxonum Kinegilsus ecclesiam cathedralem Dorcestriæ juxta Oxoniam beato Birino fundavit, &, præsente Sancto Oswaldo, rege Northumbriæ, martyre,

Rex Sebartus fundavit templum Sancti Petri Westmonasterii. *M.*

Metellus Sanctus primus episcopus London. *M.*

Fol. 53. b.

Edwinus Sanctus martyr Northumborum rex primus olim fundavit ecclesiam Sancti Petri Eborum. *M.*

Oswaldus Sanctus rex *Northumborum martir.

Rex Kinegilsus Westsaxonum ecclesiam cathedralem Dorcestriæ beato Berino fundavit. *M.*

1. Amplius dedicavit *C. C.* 2. Erutibus insig. *C. C.* 3. Ereos *C. C.* 4. Enim *C. C.* 5. Primus suus *C. C.* 6. Edwinus inter rex North. *C. C.* 7. *Desunt C C.* 8. *Desunt C.C* 9. De cujus prim. *C.C.* 10. Eborum *C. C.* 11. *Sic. Leg.* funeralem. 12. 542. *C. C.* --- * *Sic.*

ejus

ejus compatre in baptismo, dictam urbem cum aliis beato Birino contulit, & suis post eum successoribus, & ipsa ecclesia cathedralis [1] demum translata est Winton, quam idem rex Kingilsus ibi fundaverat. Hæc scribit J. ad Eustachium libro III°. capitulis VI. & VII. & Wintoniæ ipse rex Kingilsus est sepultus. Sanctus Oswinus, rex Deirorum & martyr [2] gloriosus, frater & heres sancti regis & martyris Oswaldi præfati, primus omnium fundavit monasterium de Whytby, in quo sub Sancta Hilda abbatissa posuit filiam suam, nomine [3] Eltam, secundum J. ad Eustachium libro primo capitulis V°. & IX°. & libro V°. capitulo XXIX°. Ubi obiit est nobilis abbathia ab eo usque hodie nominata apud Tynmowth. Et secundum J. ad Eustachium libro primo capitulo XXIX°. si monachi ipsius loci avaritiæ student, omnia eis decrescunt, & si fuerint liberales nil eis deest. Ex hoc concludit ipsius Sancti dum viveret [4], qui suos [5] ibi famulos pro avaritia ita graviter punit. Circa hæc tempora Octavæ Assumptionis beatæ Mariæ [6] instituuntur per papam Leonem quartum. Sanctus [7] Alfredus, aliter Aluredus, Sancti regis Oswyni filius, fundavit ad dei laudem sub nomine Sancti Petri nobilem ecclesiam apud Rypun cum viris monasticis, & martyrizatus est circa annum domini DCXLIX. Rex Merciorum Wolferus fundavit monasterium de [8] Burgo Sancti Petri juxta paludes. Ipse prius martyrizavit pro Christi nomine duos filios suos, videlicet Sanctum Wolfadum & Sanctum Raphinum apud Stone in comitatu Staffordiæ, quos primo, deinde patrem Sanctus Cedda ad Christi fidem convertit. Habuit iste rex Wolferus duas sanctas sorores, Sanctam Kyneburgam & Sanctam Kyneswytham, quæ cum quadam earum consanguinea Sancta Tylba apud burgum Sancti Petri [9] scrineis honorifice servantur. Et inter cetera miraculorum genera dicta Sancta Tylba operatur manibus generosis; ut si forte viri ortu nobiles, vel alii

Sanctus Oswinus, rex Deiorum, martir fundavit primus omnium monasterium de Whitby. M.

Fol. 54. a.

Sanctus Alfredus rex & filius Oswini fundavit Sancti Petri nobilem ecclesiam apud Ripon. M.

Rex Merciorum Wolferus fundavit Monasterium de Baga Sancti Petri juxta paludes. M.

Fol. 54. b.

---

1. Domum *C. C.* 2. Gloriosus fuit & heres *C. C.* 3. Eliam *C. C.* 4. *Deest* liberalitatem. 5. Sibi *C. C.* 6. Instituitur *C. C.* 7. Alfredus rex, aliter nominatus Aluredus, *C. C.* 8. Bago *C. C.* 9. *Sic.*

[1]ancipitres avolantes [2]amiſerint, vel humanæ induſtriæ ſtudio manſueſcere non poſſint, mos eſt cereas [3]accipitris effigies virgini tranſmittere, vel aliis [4]exemiis ejus memoriam honorare, & cito deſiderii ſui optatum conſequuntur effectum. Quia enim hæc virgo, illuſtriſſimis orta natalibus, de regia ſtirpe deſcenderat, generis ſui [5]prærogativam hujus miraculi [6]commendat. Hæc J. ad Euſtachium libro IIII°. capitulo VII. Rex Occidentalium Merciorum Merwaldus, filius regis Wolferi, fundavit monaſterium de [7]Leomſtre citra Herfordiam, & de Rependon nunc dictum Repton juxta Burtonam ſuper Trentam, ubi olim erant monachi, ſed nunc canonici regulares, quo quidem monaſterio ipſe rex Merwaldus & quamplures Merciorum reges erant honorifice ſuis temporibus tumulati. Rex Merciorum Ethelredus fundavit monaſterium Sancti Oſwaldi Eboracenſis dioceſis, & mundum ſponte pro dei amore relinquens circa annum domini [8]DCCIII. apud Bardnex ſuæ fundationis monaſterium attonſus eſt, & ibi tandem fuit abbas, & obiit anno domini [9]DCCXVI. [10]Circa hæc tempora quidam" rex pagi Oxonienſis nomine Didanus apud Oxenfordiam condidit monaſterium monialium in honore Sanctæ & individuæ Trinitatis, ubi cum ſua regina Safrida nomine honorifice eſt ſepultus. Quod monaſterium eorum filia ſancta monialis [11]Frideſwida nomine dei [12]cauſa ad tempus fugiens [13]quemdam tyrannum Algarum, [14]Leiceſtrenſis provinciæ ſubregulum, & hereditatis amplæ ipſius beatæ virginis Frideſwidæ invaſorem, tandem ipſo ad tartara directo rediit ipſa ad propria & vita comite deo fideliter [15]ſervivit, ubi uſque hodie glorioſis coruſcat miraculis, & obiit craſtino Sancti Lucæ evangeliſtæ circa annum domini DCC. Rex Merciorum Kenredus [16]anno

Marwaldus, rex occidentalium Merciorum, filius Wolferi regnum fundavit monaſterium de Leoncaſter citra Harfodiam, & de Repton juxta Burtonem ſuper Trent, ubi ſepelitur. M.

Rex Ethelredus fundavit monaſterium Sancti Oſwaldi Eborum dioceſ. & * alium monaſterium apud Barduax, ubi eſt ſepultus. M.

Fol. 55. a.

Rex pagi Oxonienſ. nomine Didanus condidit monaſterium apud Oxford, quod tunc dicebatur **Friſies**, nunc Chriſti collegium. M.

Kenredus Merceorum rex. M.

1. *Sic. Sed* aucipites *in C.C.* 2. Amiſerit *C.C.* 3. Accipere *C.C.* 4. Eximiis *C.C.* 5. Prærogatiam *C.C.* 6. *Deeſt* operatione. 7. Leonminſter *C.C.* 8. 503. *C. C* 9. 516. *C. C.* 10. *Deſunt C. C.* 11. *Sic hac concipiuntur.* 12. Cum *pro* cauſa *in C. C.* 13. Quidam *C. C.* 14. Leceſtrienſem *C. C.* 15. Servavit *C. C.* 16. *Deſunt C. C.* --- * *Sic*

domini"

domini" 709. Romam profectus à papa Constantino in monachum attonsus est, & [1] perfecte ibi vitam finiens ad regna migravit cœlestia. Edbaldus rex Canciæ monasterium monialium de [2] Levingas ad dei laudem fundavit. Rex Estsaxonum Offa cum prædicto rege Merciorum Romam profectus cum eodem à papa Constantino præfato in monachum pariter attonsus sanctum propositum suum ad obitum perseveravit. Rex Westsaxonum Ine, filius Cissæ regis, qui monasterium Abindoniæ fundavit, abbathiam [3] Glastoniæ dirutam reparavit, & libertatibus & possessionibus uberrime indotavit & ditavit, & anno domini DCCXXVII. Romam peregre profectus est, ubi deo, beatæ Mariæ, & sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ in puram & perpetuam [4] elemosinam de qualibet domo inhabitata infra metas regni sui annuit & dedit perpetuis temporibus duraturis [5] seu futuris annuatim de singulis domibus singulos denarios. quod donum primus omnium regum Angliæ vovit & votum perfecit, & usque hodie denarius Petri, Anglice Petir pens, vel Romscot, vulgariter pro certo appellatur. Idemque rex quoddam collegium Romæ in honorem Sanctæ Mariæ fundavit, & dictum est vulgariter Scola Anglorum. Nam ipse rex Ine [6] assensu papæ Gregorii [7] secundum Flores historiarum ad conservationem veræ fidei in Anglia hoc collegium construxit & indotavit possessionibus & libertatibus per dominum tunc papam, [8] dictumque regem, & successores suos per bullas & cartas & sæpius confirmatas, ea intentione, ut domini spirituales Angliæ, & sacerdotes, & alii literati illuc venirent instruendi si casus [9] requireret, ut nequid in ecclesia Anglicana devium vel erroneum doceretur. &, ut parum supra ex auctoritate cujusdam cronicæ, dictæ Flores historiarum, "Omnes doctrinæ & scolæ Anglo-"rum à temporibus Sancti Augustini per Romanos pon-

Edbaldus, rex Cantiæ, monasterium * monialium de Beningas fundavit. M.

Rex Offa. M.

Rex Westsaxonum Ine, filius regis Cissæ, fundavit monasterium Abindoniæ, abbathiam Glasconiæ dirutam reparavit. M.

Fol. 55. b.

Peter pens schola Anglorum fundata apud Romam per Inonem regem, unde dicta est. M.

---

1. Perficere *C. C.* 2. Beningas *C. C.* 3. Glasconiæ *C. C.* 4. *Sic.* 5. Vel *C. C.* 6. Assertione *C. C.* 7. Ut *pro* secundum *in C. C.* 8. Dominumque regem *C. C.* 9. Requiret *C C.* —— * *Sic.*

"tifices

"tifices erant interdictæ, propter assiduas hæreses quæ "in adventu Anglorum in [1]Britaneam emerserant, dum "[2]pagni sic Christianis commixti sanctæ conversationis gratiam corruperunt fidei Christianæ." Hæc ibi. Suspensis sic cunctis Universitatibus, ut dixit mihi Wintoniæ frater Thomas Rodburn, monachus Sancti Swythuni in eadem civitate in cronicis Anglorum suis temporibus peritissimus, [3]cujus tamen dicti sui allegatio auctoritatis meæ modo menti non occurrit, quod tunc tam divina dixit quam humana scientia in nobilibus permansit & virtuosis regni monasteriis, ut Beda, semet teste, in suo monasterio, & Sanctus Johannes Beverlacensis, & Sanctus Wilfridus Ripunensis, Besel Wigorniensis, & alii diversi in monasterio Sanctæ Hildæ abbatissæ apud Whytbydidicerunt cum aliis viris magnæ sanctitatis, & Sanctus Aldelmus secundum [4]secundum" Willielmum Malmesbiriensem edoctus est ad plenum in suo monasterio. Et sic de aliis nobilibus monasteriis. Et cum essent synodales præsulum, abbatum, & aliorum tunc venerabilium convocationes, qui tunc inveniebantur viri bonorum morum & scientifici, nunc ab uno monasterio, nunc ab alio per [5]pilii in capite appositionem manu archipræsulis vel episcopi [6]præsedentis in doctores & prædicatores sunt admissi, & nunc huc, nunc illuc ecclesiis episcopalibus vacantibus sunt transmissi & admissi, & causis emergentibus quandoque domino papæ, quandoque imperatoribus, regibus, & aliis principibus transmarinis sunt ambaciatorie missi: de quorum numero erat Albinus, alias Alquinus, per regem Offam Merciorum, secundum quosdam, Karolo magno regi Franciæ & Romanorum imperatori, cujus ingenio, ut refert [7]Martinus in cronicis ad papam [8]delcatus, parvo extunc temporis processu tempore papæ Adriani studium sapientiæ & literarum de Roma [9]Pariseus translatum; [10]quod illuc quondam à Græcia translatum fuerat per Romanos: sic in hodiernum [11]diem in ecclesiis

Fol. 56. a.

Fol. 56. b.

1. *Sic.* 2. *Sic MS. Lege (ut in C. C.)* pagani. 3. Cujus tuus dicti sui allegacio *C. C.* 4. *Deest C. C.* 5. *Sic.* 6. *Sic.* 7. Merlinus *C. C.* 8. *Sic.* 9. Periisse transl. *C. C.* 10. Quoque illuc *C. C.* 11. *Deest C. C.*

cathedralibus, & quibusdam nobilibus collegiis, & locis religiosis fratrum IIII. ordinum mendicantium servantur lecturæ & disputationes fructuosæ, & assignantur in studiis generalibus aut Universitatibus graduandi, secundum quod apud eos videntur habiles. Et ubi sunt duo quandoque, & potius se tres fratrum conventus vel omnes quatuor, tunc sine dubio inter eos nunc in uno, nunc in alio est [1] septimanatim scolarium in disputationibus debita [2] exercitio.

[Rex Colwulfus Northumborum. M.]

Rex [3] Northunhimbrorum Colwulphus anno domini DCCXXXVIII. mundum pro Christo sponte relinquens in cœnobio Sancti Bedæ in monachum attonsus est.

[Rex Egbertus. M.]

Rex Northumbrorum [4] Egbrictus, frater & heres Colwulphi regis, secundum Henricum Huntingdon libro IIII°. in fine, pro dei amore regali habitu deposito monachalem assumpsit, & virtutum conversatione continuavit.

[Ethelbaldus rex construxit Croyland. M.]

Rex Merciorum Ethelbaldus, sancto Guthlico familiarissimus, secundum J. ad Eustachium, ob intimum amorem quem ad eum habuit, super sepulcrum ejus & oratorium apud Croyland nobile construxit monasterium, & obiit ipse rex in bello anno domini DCCLV°.

[Fol. 57. a. Rex Offa fundator Sancti Albini ac etiam monasterii de Winchecombe, & * abbathiam de Bath. M.]

Rex [5] Merciorum" Offa, de quo superius scripsi, diversa fundavit monasteria, ut apud Sanctum Albanum, ubi, ut supra scripsi, dictum sanctum in nobile [6] scrineum posuit. Monasterium [7] eciam virginum nunc in monachos mutatum apud Wynchcumb fundavit, & aliud apud Bathe, ubi sunt calida balnea. Et anno domini [8] DCCIXCVI. apud Ofley obiit, scilicet juxta Bedfordiam super ripam fluminis Ows in capella, quam cum regis [9] sepulcro" dictum flumen deglutivit. Cujus tumba plumbea quasi [10] quid" fantasticum non quærentibus sæpius apparet, [11] sed quærentibus est omnino invisibilis. Hic fecit novum [12] archiepiscopatum apud Lichfeld, sed non diu duravit, cui [13] fecit suffraganeos episcopos Wigorniæ & alios certos.

[Rex Ethelbertus Orientalium præceps [f. princeps] fundator fuit collegii canonicorum de Hertford. M.]

Sanctus Ethelbertus, alias Albertus, rex Orientalium Anglorum anno domini [14] DCCIXCV°. ab

1. Septimanalium *C. C.* 2. *F.* Exercitatio. 3. Northumborum *C. C.* 4. Egbertus *C. C.* 5. *Deest C. C.* 6. *Sic.* 7. Autem *C. C.* 8. *Sic.* 9. *Deest C. C.* 10. *Deest C. C.* 11. Scilicet *pro* sed *in C. C.* 12. Archiepiscopalium *C. C.* 13. Fecit septem suffraganeos episcopum Wigornensem, & alios certos. Rex Ethelbertus nomine, alias Albertus, *C. C.* 14. *Sic in Cott. Sed* 795. *in C. C.* —— * *Sic.*

uxore

uxore regis Merciorum Offæ proditorie eſt martyrizatus, & [1] Herfordiæ ſepultus; ſed in [2] Danorum guerris abſconditæ ſunt ejus ſacræ reliquiæ in caſtro, [3] ut dicitur", prædictæ civitatis, [4] nec tamen ad dies noſtros [5] ſunt inventæ. Ejus tamen feſtum ſolempniter celebratur decima octava die [6] Maii. Sanctus Feremundus rex & martyr ſecundum legendam ſuam erat filius regis Offæ, cujus tamen Offæ neſcitur, cum plures erant reges [7] illius nominis, cujus reliquiæ diviſæ ſunt. Una pars apud Dunſtaple in comitatu Bedfordiæ inter canonicos regulares honorifice [8] ſervatur. Alia pars apud Cropryd juxta Bambiriam in comitatu Oxoniæ in alio [9] ſcrineo decenti honore habetur. In utroque loco miraculis choruſcat. Ejus feſtum celebratur XI°. die Maii. Sanctus Alcmundus ſubregulus, filius regis Northumbriæ Aluredi, martyrizatus eſt anno domini DCCCIII°. & Derbıæ in eccleſia ſub ſuo nomine dedicata nobili [10] ſcrineo ſervatur, glorioſis ibi fulgens miraculis. Cujus feſtum eſt II°. die Septembris. Rex Merciorum Kenulphus fundavit abbathiam monachorum de Winchcombe, ubi prius ex fundatione regis Offæ [11] erat" monaſterium monialium, & obiit anno domini DCCCXIX°. Sanctus Kenelmus, rex Merciorum, filius & heres regis Kenulphi, puer [12] ſeptennis martyryzatus eſt anno domini DCCCXXV°. Cujus corpus à proditore [13] ſuo ſepultura abſconditum eſt, ſed per angelum in ſpecie columbæ [14] ſedula divinitus à cœlo miſſa ſuper altare coram domino papa eſt revelatum. Cujus ſedulæ hæc erat ſentencia: **In Clent in Cowbache hed [15] bewedyd lyth Kenelme.** Quod ſonat Latine, Kenelmus decollatus jacet apud Cowbache. [16] Et ſic glorioſum corpus ejus miraculoſe inventum tranſlatum eſt uſque monaſterium de Winchcomb, & in utroque loco tam primæ ſepulturæ quam tranſlationis in

Feremundus rex ſepultus eſt apud Dunſtable inter canonicos. M.

Fol. 57. b.

Alcumundus rector eccleſiæ de *Derbiæ. M.

Kenulphus fundator monachorum de Winch-Combe. M.

Kenelmus rex proditorie à ſpiculatore occiditur. M.

Fol. 58. a.

1. Herefordiæ *C. C.* 2. Danico bello abſc. fuerant ejus reliquiæ *C. C.* 3. *Deſunt C. C.* 4. Sed tamen *C. C.* 5. Non ſunt *C. C.* 6. Maii, in qua occiditur à peſſima muliere regis Offæ uxore. Sanctus *C. C* 7. Ejus *C. C.* 8. Servatur. Sanctus Alcumundus ſubregulus, *omiſſis aliis C. C.* 9. *Sic.* 10. *Sic.* 11. *Deeſt C.C.* 12. Septem annorum martyrizatus eſt *C.C.* 13. Suo ſepultum eſt. In Clent in Cuberche hed be wedded lithe Kenelme. Quod ſonat, Kenelmus decollatus *C. C.* 14. *Sic, & mox infra* ſedulæ. 15. *Sic. Leg.* berevyd. 16. *Deſunt in C. C. uſque ad* ejus feſtum. --- * *Sic.*

Wiſtanus rex ſepultus apud Euſham. M.

[1] ſcrineum miraculis glorioſis choruſcat." Ejus feſtum eſt [2] triduo ante feſtum Sanctæ Margaretæ. [3] Sanctus" Wiſtanus, filius regis Merciorum Wyglaffii, martyrizatus eſt anno domini DCCCL°. & Eviſhamiæ [4] abbathia comitatu Wigorniæ" [5] quieſcunt ejus reliquiæ. Prius tamen apud Repton, [6] alias Rependon, prope Derby [7] fuit ſepultus Sanctus Edmundus [8] rex" Eſtangliæ. A Danico [9] principe Hingwar pagano martyrizatus eſt ſagittis [10] perfoſſus. Poſtea pro Chriſto nomine decollatus eſt anno domini DCCCLXX°. Rex Aluredus, alias Alfredus, miles probatiſſimus, ſapientia alter Salamon, [11] diviſit comitatus Angliæ in cantredas ſeu [12] hundredas & [13] teithingas. [14] Eciam fundavit abbathias de Shaftysbury & novum monaſterium Wintoniæ. Iſtius regis diebus, ut videtur, non erant, ut modo, in eccleſiis nobilium urbium, civitatum & villarum horologia, ut modo habentur; ſed ipſe pro parte ſua ordinavit candelas de cera tres pro qualibet die, quarum [15] quælibet accenſa octo horis ardere veraciter vellet. Unum [16] octanarium [17] expendebant in dei ſervicio, ſecundum in cauſis temporalibus audiendis, & corporis cibo & potu, recreatione, & tercium nocturna expendebat quiete per candelas accenſas [18] certa determinatione. Iſte rex litteratos intime dilexit, quibus virtuoſam vitam novit non deeſſe. Unde Plegmundum Cantuarienſem, & Werferthum Wygornienſem ante præſulatum, ac Athelſtanum Herfordenſem, & Werulfum Legeceſtrenſem viros literatos ad ſe vocavit de regno Merciorum. Hii [19] ipſum ut optabant erudierunt. Sanctum [20] eciam Grimbaldum Flandrenſem monachum de monaſterio Sancti [21] Bertini cum conſociis Johanne & [22] Aſſero, & Johannem Wallenſem à monaſterio Sancti [23] David

Edmundus rex Orientalium *Saxorum. M.

Aluredus rex piiſſimus fundator Academiæ Oxoniæ. M.

Fundator etiam monaſteriorum Shafteſbury ac Wintoniæ, ac decorator comitatuum Anglorum. M.

Fol. 58. b.

Congregator reliquarum Academiarum in Anglia, & in unam reduxit formam docendi, & aſſignavit eandem in Oxonia. M.

1. *Sic.* 2. Triduum *C. C.* 3. *Deeſt C. C.* 4. *Deſunt C. C.* 5. Requieſcunt *C. C.* 6. Vel Rependon *C. C.* 7. Eſt *C. C.* 8. *Deeſt C. C.* 9. Principe nomine Hinguarro *C. C.* 10. Perfoſſus, & capite pro Chriſti amore decollatus *C. C.* 11. Diviſit ille com. *C. C.* 12. Hundredas vel Wapingetanges *C. C.* 13. Trithingas *malint alii.* 14. Qui quidem Alfredus fundavit *C. C.* 15. *Sic.* 16. Octonarium *C. C.* 17. *Sic.* 18. Citra determinationem *C. C.* 19. Ipſum regem, ut optabatur, erud. *C. C.* 20. Autem *C. C.* 21. Bertini in civitate Sancti Audæmariæ cum ſociis *C. C.* 22. Aſſerio *C. C.* 23. David's *C. C.* —. * *Sic.*

ſibi

ſibi univit. Quorum doctrina edoctus librorum omnium notitiam habebat. Illo tempore non erant grammatici in toto regno occidentalium Saxonum. Hic inter laudabilia magnificentiæ ſuæ opera anno domini DCCCLXXIII, Sancto [1] Neote inſtigante, ſcolas publicas variarum artium apud Oxoniam inſtituit. Quam urbem ob ſcolarium præcipuum favorem in multis privilegiavit articulis, neminem illiteratum ad quamcumque dignitatem aſcendere permittens. Magiſtri & ſcolares, qui ad [2] fidem converſi ſunt, docuerunt in monaſteriis & locis devotis ſecundum formam ſtudiorum antiquorum Grekladiæ, Lechladiæ, Staunfordiæ, Caerleon, Cantebrigiæ, & [3] Belliſiti, & aliorum [4] quot prius in inſula fuerunt hujuſmodi ſtudia. Et ſic forma [5] Grekladenſis ad [6] Malmesburiam, ubi olim floruit Sanctus Aldelmus, vir literatiſſimus, & alia cœnobia vicina, à qua & aliis Oxoniæ [7] propinqua ipſi patres de regno Merciorum ſuperius recitati formam antiquam docendi Oxoniæ ſtatuerunt. Quæ Oxoniæ Univerſitas poſt Univerſitatum antiquarum [8] ſuſpencionem velut Lucifer in aurora prima Anglorum Univerſitas in Anglia effulſit. Et certum eſt, quod ad Aluredi regis tempore, quo per eum fuit Univerſitas iſta fundata, fides catholica per hoc regnum ſtetit ſana [9] & inconcuſſa", non obſtante pagana ex Damarchia cum Anglicis frequenti commixtione, divina hoc operante clementia, quæ lucem Oxon. ſolarem videlicet ſcientiæ ſalutaris nunquam paſſa eſt enormiter eclipſari. In prima dictæ Univerſitatis fundatione [10] ipſe nobilis rex [11] Aulueedus infra urbis Oxoniæ mœnia doctores in Grammatica, artibus, & Theologia tribus locis in nomine Sanctæ Trinitatis ex ſuis [12] ſumptubus inſtituit. In quarum una in alto vico verſus portam orientalem ſituata XXVI. grammaticos omnibus neceſſariis ipſam aulam dotavit, & eam propter ſcientiæ [13] inferioritatem parvam aulam Univerſitatis appellari decrevit, & ſic in diebus meis appellata eſt.

Fol. 59. a.

Parva Aula, loquitur Roſſius, Univerſitatis. M.

1. *Sic.* 2. Fidem Chriſtianam converſi docuerunt *C. C.* 3. Belleſiti *C. C.* 4. Quod *C. C.* 5. Grekladenſium *C. C.* 6. Malmesburiam tranſlata, ubi *C. C.* 7. *Sic.* 8. Suſceptionem *C. C.* 9. *Deſunt C. C.* 10. Iſte *C. C.* 11. *Sic. Lege (ut in C. C.)* Aluredus. 12. *Sic.* 13. Inferiores notitias parvam *C. C.*

[1] Aliam

Minor Aula Universitatis. M. Fol. 59. b.

Magna Aula Universitatis. M.

[1] Aliam aulam versus muros urbis boriales, ubi jam dicitur vicus [2] scolarum, in sumptibus necessariis pro dialecticis seu philosophis [3] XXVI. habundanter construxit. Et hanc minorem aulam Universitatis appellari præcepit. [4] Terciam in alto vico versus portam orientalem [5] fundatam primæ aulæ occidentali contiguam aulam pro XXVI. theologis appellans, sacræ scripturæ studium daturis ordinavit, quibus & expensas sufficientes habundanter exhibuit. Multæ aliæ præter hæc in [6] brevi aulæ aliæ singularum facultatum à burgensibus urbis & comprovincialium circumjacentium, deinde à remotioribus [7] provinciis sunt exortæ, licet non de regiis expensis, sed regio gracioso exemplo feliciter creverunt. Rex [8] eciam optimatos suos ad discendum literaturam adeo provocavit, ut ipsi filios suos, & si non filios haberent saltem servos suos, si ingenio pollerent, concessa libertate literis commendarent. Senes tunc per totum regnum lamentabantur, se eruditione nudos, & beatos prædicabant quos ad sortem discendi ætas illa promoverat. Unde non diu quin videres ex omni parte regni [9] diatim illuc gratia discendi festinanter accedere. tam nobilium quam eciam pauperum innumera multitudo confluit. Rex [10] eciam Alfredus proprium filium omnibus juniorem nomine Athelwardum literatoriæ disciplinæ illuc transmisit erudiendum, ubi crevit in magnæ probitatis philosophum. Et ad suorum [11] rex magnificus scolarium sustentationem secundum Marianum in Cronica sua assignavit octavam partem proventuum suorum annuatim. Et, ut scribit Thomas Rodburn in majori cronica sua, Sanctus Grimbaldus

Fol. 60. a. Flandrensis & Prior, cantor optimus, studii Parisiensis in Theologia Doctor, vir liberalibus scientiis ad plenum

---

1. Alia est aula versus *C. C.* 2. Scolarum, & in nostris diebus nigra aula, ex opposito collegii nasi ænei, in sumptibus propriis pro dial. *C. C.* 3. XXVI. scolares habundanter constituit, & hanc *C. C.* 4. Terciam vero aula in alto *C. C.* 5. Fundata juxta primam aulam grammaticorum versus occidentem pro XXVI. theologis sacræ scripturæ studentibus. ordinavit ille rex prædictus has tres aulas quasi fundamenta totius, quibus & expensas *C. C.* 6. Brevi acta sunt. Nam aulæ *C. C.* 7. Provinciis quædam aula sunt *C. C.* 8. Autem optimates *C. C.* 9. *Sic.* 10. Autem *C. C.* 11. Rex ille piissimus magnificusque scol. *C. C.*

eruditus,

eruditus, persæpe [1] dictum regem Anglorum Alfredum vocatus, egrediensque de terra sua & cognatione studium Oxoniense adiit, & ibi lecturam suam reincepit, crevitque per filios scolasticos in gentem magnam, cujus matris gremio cum prælatis & magnatibus regni ut tunc primus cancellarius & doctor ordinarius primitus lectionem scolasticam legit, exposuit, & declaravit. Et hîc considerandum est, quod studium Parisiense per Anglicos, ut supra scribitur, traxit ortum, & iterum abinde rediit & refluxit omnis scientia divina & humana per Sanctum Grimbaldum antedictum, deinde in sua senili ætate, studio relicto, adiit Wintoniam, ubi novo monasterio constructo primus fuit illius loci abbas, &

C

obiit octavo Idus Julii anno domini IXIII°. anno ætatis suæ [2] LXXXVII°. Iste rex Aluredus longe ante fuit Romæ, ubi per papam Sanctum Leonem illius nominis quintum, cujus festum celebratur XVII. Kal. Augusti, unctus est in regem, annuente & præsente patre suo rege Edulpho. Et per omne scrutandum non legitur, regem Angliæ unctum ante eum, sed ipse erat omnium regum Angliæ unctorum primus, [3] & ratione unctionis suæ major semper cum eo gratia erat annexa; unde non solum vicit [4] finaliter suos hostes, sed condidit deo placitas & regno proficuas utilissimasque leges. [5] Ante Noë diluvium non reperitur quod lex quævis erat, sed solum naturalis, quæ ob multorum insolentiam inventa insufficiens cogebat bene morigeratos remedia requirere, & sic primo erroribus vivendi agnitis communi ordinatione [6] inventæ sunt sub pœnis condignis regiminis communis utilia statuta, quæ imposterum pro legibus tenebantur teste sancta scriptura capitulo III°. ad Corintheos, "propter transgressores posita est lex." Nam lex est hominibus sicut capistra & frena equis, ut scribit [7] Crisostimus omelia XXXVI. Nec similis est telæ aranearum, quæ exiles muscas involvit, & fortes abire permittit, sed omnibus est æqualis & indifferens tam magnatibus quam

Obiit Grimbaldus, primus cancellarius Oxoniæ. M.

Fol. 60. b.

1. *Non aliter hæc concipiuntur in Apographo nostro Bodl.* 2. 88. *C. C.* 3. Et Romæ unctionis *C. C.* 4. Finales *C. C.* 5. *Desunt omnia in C. C. usque ad* Jus in duo dividitur &c. *à quibus incipit Sectio proxime sequens.* 6. *Sic.* 7. *Sic.*

plebeis

plebeis de utriusque sexus viris videlicet aut feminis rationis usu indotatis."

De legibus antiquis loquitur Rossius. M.

Jus in duo dividitur, scilicet in jus naturale & in jus positivum. Jus naturale [1] invenitur in evangelio, "Omnia "quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos "eadem faciatis illis." [2] Math. VII. Jus naturale jure positivo antefertur, ut prius & [3] dignius", distinctione v^a. *naturale*, & distinctione VIII. [4] ff. *dignitate.* Juri [5] eciam naturali cedit omnis consuetudo vel constitutio distinctione IX^a. per totum processum. Jus positivum est lex

Fol. 61. a.

humanitus [6] instituta, sed quod à deo institutum est omnes antecellit, ut jus divinum, quod duabus tabulis saphireis manu dei scriptum, Moysique in monte Synay traditum omni rationali corporeæque creaturæ sub pœna dampnationis præcipitur à deo observandum. Hæc lex vel jus theologis traditur ad docendum. Sed jus humanæ institutionis in duo dividitur. Vel est jus canonicum, vel civile. Jus canonicum est lex à prælatis ecclesiæ instituta ad rebelles sacris regulis cohercendum, & hæc hujus facultatis legistis traditur exequenda. Jus civile est lex occasione peccati humanitus inventa ad justificandum rem publicam [7] coactive quoad bona corporis vel fortunæ. Quod jus [8] positivum, sive humanum, secundum diversas expositiones, diversas habet species; quia aut est jus civile, aut est jus gentium, aut jus militare, aut jus publicum. [9] Differentia pria per totum. Legis vel Juris dignitas à dignitate conditoris oritur, [10] & sic Jus divinum omnibus aliis honore præfertur. Huic vero & cunctis aliis propinquius honore sequitur. Jus canonicum à domino papa & prælatis ecclesiæ est authorizatum. Lex civilis vel jus civile de civitatibus

Fol. 61. b.

trahit nomen, & incepit [11] quando civitates cœperunt condi, ut habetur primo libro Institutionum & [12] ff. libro secundo Rubrica de origine Juris in glosa. [13] Unde ille nobilis philosophus de numero septem sapientum

---

1. Nominatur in evang. *C. C.* 2. Math. sexto capite. Jus *C. C.* 3. *Deest C. C.* 4. Scilicet dign. *C. C.* 5. Autem *C. C.* 6. Constituta *C. C.* 7. Coactione *C. C.* 8. Positum *C. C.* 9. *Sic in Cott.* Distinctio prima per totum *C. C.* 10. Et c. Jus *C. C.* 11. Quum *C. C.* 12. Scilicet *C.C.* 13. Verum ille *C.C.*

quartus nomine [1] Salon, vir justitiæ insignis, abrogatis antiquioribus cujusdam viri Draconis imperfectis legibus, Atheniensibus condidit legem, quæ dicitur Jus civile Atheniensium. Similiter alius præclarus philosophus, nomine Ligurgus, legem condidit concivibus suis Lacedæmonibus, quæ dicta est lex vel jus Lacedæmoniorum, & ex illis duabus legibus conjunctis facta est lex duodecim tabularum. Plato [2] etiam scripsit, teste Augustino de civitate dei, decem libros de [3] legibus. Aristoteles etiam libros de legibus edidit, ut scribit Rogerus Bakon de ordine Minorum ad Clementem Papam, & talia jura dicebantur Jus civile cum determinatione ubi servabantur, ut Atheniensium & hujusmodi. Simili ratione, ut mihi videtur, lex nostra in Anglia statutis auctenticis edita merito potest appellari Jus civile Anglorum, & est auctentica, quia in [4] contra factores gladius spiritualis percutit censura ecclesiastica, ut singulis terminis anni omnibus ecclesiis parochialibus regni sub magna sententia pronunciatur. Sed per jus civile sine alio termino expresse addito [5] semper intenditur jus vel lex Romanorum, quod jus doctoribus & aliis graduatis in jure civili in executione judiciaria committitur. Et sic jus nostrum Anglicanum lectura & curiis regalibus [6] edocta per domini regis justiciarios in eodem graduatos, ut judices pro doctoribus, servientes juris pro bacallariis [7] habitubus cornibus penulatis diversa pellura, prout eorum gradus promeretur, in magno honore continuatur, quorum discipuli apprenticii curiæ [8] vulgo appellantur. Romani pro certo [9] legibus" decem tabularum, secundum Augustinum de civitate dei, abbreviatis non in singulis, sed, ut eis videbatur, utilioribus articulis admissis, duas ex propriis tabulas addiderunt, quæ additæ x. tabulis efficiebant legem XII. tabularum. In hiis erat fundamentum juris civilis, & ex hiis primo resultabat lex Romanorum, quæ auctonomatice dicitur jus civile. Et, ut scribit magister Johannes Bretton, quondam in lege Anglicana vir Fol. 62. a.

---

1. Leg Solon. 2. Autem *C. C.* 3. Legibus. Auxit autem libros *C. C.* 4. Con:cores *C. C.* 5. Semper interius vel lex rationorum quod *C. C.* 6. Edoctum *C. C.* 7. Habentibus *C. C.* 8. Vulgariter *C. C.* 9. *Deest C. C.*

 peritus

peritus, demum mundo relicto ad ecclesiam se totaliter convertens Herfordensis episcopus effectus, Jus civile
Fol. 62. b. [1] subalternatur philosophiæ morali, qui obiit anno domini MCCLXXV. In hoc concordat cum illo ille famosus clericus frater [2] Robertus Bacon de ordine Minorum natione Anglicanus de generosa prosapia incolarum comitatus [3] Dorsettiæ juxta [4] Ilchestyr, sacræ Theologiæ doctor de Universitate Parisiensi, Oxoniæ incorporatus, in una epistolarum suarum Papæ Clementi missa. Viro literatissimo sic scribens verbatim ait: "Sub philosophia "comprehendo jus civile, quia proculdubio est per se "jus. Nam continetur sub secunda [5] parte" moralis phi-"losophiæ. Nam ipsa pars dat leges publicas, & primo "de cultu divino, deinde de regimine rei publicæ in ci-"vitatibus & regnis; & sub hac parte philosophiæ con-"tinetur jus civile imperatorum & [6] regum per univer-"sum orbem. De hac multi intromiserunt, sicut [7] Ari-"stoteles & ejus discipulus [8] Theofrastus. De hac sci-"entia [9] eorum" nihil est apud Latinos." [10] Hæc nobilis Doctor ille Rogerus Bacon, apud fratres [11] Minorum Oxoniæ sepultus anno domini MCCLXXXXII°. festo Sancti Barnabæ apostoli. Et, ut scribit Thomas Rodburn, monachus Sancti Swythuni Wintoniæ, rex Willielmus con-
Fol. 63. a. questor anno IIII. regni sui apud London convocans omnes nobiles, sapientes, juris peritos singulorum comitatuum Angliæ, ut eorum leges & consuetudines audiret: & licet idem rex Willielmus leges Norfolchiæ Cantebrigiæ & Deiræ, ubi quondam maxima pars Danorum & Norwagencium inhabitabat, prius magis approbaverat, & eas per totum regnum observari præceperat, pro eo quod omnes ejus antecessores duces, & omnes fere Barones Normanniæ ab illis borialibus provinciis originem antiquitus traxissent, & abinde in Normanniam olim venissent; sed postea ad preces [12] communitatis Anglorum rex eorum acquievit petitionibus. Nam eum humillime deprecati sunt quatenus permitteret eis

1. Subalteratur *C. C.* 2. *Sic MS. Leg.* Rogerus. 3. Dorcestriæ *C. C.* 4. Ilcheslye *C. C.* 5. *Deest C. C.* 6. Regnum *C. C.* 7. Auxit *pro* Aristoteles *habet C. C.* 8. Theophractus *C. C.* 9. *Deest C. C.* 10. Hic *C. C.* 11. *Sic MS. Leg.* Minores. 12. Comitatum *C. C.*

leges

leges proprias & consuetudines habere antiquas in quibus vixerant patres eorum, & ipsi [1] etiam nati & nutriti fuerant, scilicet leges Sancti Edwardi, quæ quidem prius inventæ fuerant per antiquiores reges hujus regni. Sanxivit namque primum leges in Britannia, quæ nunc Anglia dicitur, rex tunc Dunwallo Molmucius, cujus leges Molmutinæ dicebantur, usque ad tempora regis Willielmi conquestoris celebres. Inter [2] quæ statuit, ut civitates & templa deorum, & viæ ad illa ducentes, & Fol. 63. b. aratra [3] colonum inmunitate confugii gauderent. Deinde Mercia regina, uxor regis Guthelini, à qua putatur à multis provincia Merciorum denominata, justam legem edidit, quæ lex Mercia vocabatur. Has duas leges Gildas historicus transtulit de Wallico in Latinum, & [4] rex Aluredus postmodum de Latino in Saxonicam transtulit linguam quæ Merchenlega Saxonice dicebatur. [5] Illeque rex Aluredus aliam superaddidit, quæ Westsaxonlega vocabatur. Hiis rex Edgarus leges superaddidit. Tandem, Danis hîc dominantibus, lex alia superemanavit, que Danelega dicebatur, quæ alias subjecit, & à morte regis Edgari per sexaginta ferme annos vel circiter leges Saxonicæ per invasionem & dominationem hostilem Danorum usque ad coronationem Sancti regis [6] regis Edwardi sopitæ sunt & penitus prætermissæ. Sed penitus rex Edwardus [7] alius Confessor eas reassumpsit & confirmavit, & usque nunc vocata est lex Sancti Edwardi, non quia invenit eam primo, sed quia dimissam Fol. 64. a. reassumpsit, & eam ex communibus prioribus legibus in unam communem legem edidit. Tunc ex præcepto regis Willielmi Conquestoris electi sunt de singulis comitatibus Angliæ XII. viri discreti & in jure periti, ceteris aptiores, quibus jurejurando injunctum erat coram rege Willielmo, ut secundum quod possent recto tramite neque ad dextram neque ad sinistram declinantes legum suarum [8] consuetudinemque sanctitata patefacerent, nil prætermittentes, nil addentes. Aldredus autem, Eboracensis archiepiscopus, qui regem Willielmum co-

1. Autem nati *C. C.* 2. *Leg.* quas. 3. *Sic.* 4. Ex *pro* rex *in C. C.* 5. Iste rex *C. C.* 6. *Deest C. C.* 7. *Sic.* 8. *Leg.* consuetudinumque sancita.

ronavit, & Hugo, Londonienſis epiſcopus, per præceptum regis ſcripſerunt propriis manibus omnia quæ prædicti jurati dixerunt, à legibus eccleſiæ ſumentes exordium, dicentes, "Omnis clericus &c. Sic incipiunt leges San- "cti Edwardi." Exinde per alios reges poſt ipſos per parliamenta novis ſtatutis editis prioribus additis novæ indies fiunt leges. Et in antiquioribus præcipue legibus multa habentur vocabula quæ adhuc frequentantur, ut evidet in antiquis libertatum cartis, quorum [1] ſignifica-
Fol. 64. b. tiones ſine expoſitione vel declaratione obſcuræ ſunt ad intelligendum. Ideo ad communem legentium utilitatem quorundam illorum terminorum explanationem hîc breviter ſubinferam. *Tol* eſt tolnetum pro rebus emptis. *Theam* eſt ſequela [2] nativorum, & proprietas catallorum [3] & rerum ſuarum. *Soca* eſt juriſdictio, eſt Gallice vero cowrt Juſtice forfet or encheſon, & talis libertas per quam dominus habebit omnia merciamenta de cunctis ſuis tranſgreſſoribus infra dominium ſuum delinquentibus. *Saka* eſt ſecta curiæ, ubi domini recipiunt homagia, & inde dicuntur Sakmanni, & [4] aliquando dicitur interpellatio majoris audientiæ. *Sokagium* eſt [5] quod hominum unius dominii collectio, vel ſokage, vel manrede, vel homines illius collectionis. [6] *Mondbrich* eſt læſio [7] Mageſtatis, Gallice blemur de honour. *Burghbrich*, id eſt, læſio libertatis aut ſcepti, Gallice blemur de court, ſive de cloſe. *Grithbrich* eſt fractio pacis, quia Grith, id eſt, [8] pax, unde churchgrith eſt pax ad eccleſiam pro ſecuritate pacifica ad eam confluentibus.
Fol. 65. a. *Miskennyng*, id eſt, variatio [9] loquelæ, id eſt, oſtentatio. *Homeſokyn* vel *hameſare* eſt inſultus in domo contra pacem. *Forſtallyng*, id eſt, obſiſtentia in ſtrata regia. *Frithſoken*, id eſt, tutatio in juriſdictione. [10] *Infangtheof* eſt executio latronum vel latronis [11] in furto capti in propria curia. *Owtfangtheof*, id eſt, executio in curia propria de latronibus captis [12] extra" ſuam curiam. *Wergoltheof*, id eſt, ſumma de latrone evaſo extra ſuum

1. Signes *C. C.* 2. Nateriorum *C. C.* 3. Ex rer. *C. C.* 4. Aliter *C. C.* 5. *Leg.* quædam. 6. Monamvich *C. C.* 7. *Sic.* 8. Quod pax *C. C.* 9. Loquelæ ſhewynge, *i. e.* oſtentatio *C. C.* 10. Infangthe *C. C.* 11. Cum *pro* in *habet C. C.* 12. *Deeſt C. C.*

carcerem. *Hangwit*, id est, quietus de latrone suspenso sine judicio. *Plytwyt*, id est, quod aliquis sit quietus pro [1] medylyng, & quod possit tenere [2] hujusmodi in curia sua propria, & recipere amerciamenta provenientia. *Plyte*, id est, medel, vel medlis, vel medlyng, id est, intromissio, cum quis se intromittit de diversis materiis. *Wardwit*, id est, sursum redditio custodiæ heredis, vel sit quietus pro denariis dandis pro wardis faciendis. *Blodwyt*, id est, amerciamentum pro effusione sanguinis. *Wit* Anglice est misericordia Latine. *Leyrwit* est cum aliquis corrumpit nativam domini, [3] tunc dominus [4] habebit rewardum pro offensa. *Warison* vel *Garsumma*, id est, remuneratio, vel [5] emenda pro aliqua offensa secundum consuetudinem loci, ut [6] v^a. cum loculo vel aliud [7] hujusmodi. *Childwyt* est, ut supra, emendatio pro impregnatione nativæ suæ; & hoc secundum quosdam cum sit fornicatione vel adulterio, & non per matrimonium, nec mulier à servitute liberatur. *Scot* est collectio ad opus ballivorum vel vicecomitis ex consuetudine, & [8] hujusmodi collectiones dicuntur *Skot*. *Hidagium* est tallagium unius hidæ. *Scutagium* est tallagium pro uno armigero vel equite in guerris. *Tallagium*, id est, task. *Dymys*, id est, decimæ. *Danageldum*, id est, tallagium datum antiquitus Danis, scilicet III^d. de qualibet bovata terræ. *Wapentake*, *hundridum* & *cantaredum* idem sunt, idem præcinctus centum villarum, [9] quid solebant reddere arma sua in adventu [10] Domini." *Lastag* est exactio pro passagio marino in nundinis & mercatis. *Flemfryth* est quod habeat catalla alicujus fugitivi, & bona de dominio suo. *Ferdwyt* est quando ut [11] lagatus venit ad pacem domini regis. [12] *Carucage* est [13] quando rex taxat totam terram pro carucata. *Hornet* vel *Hornegylt* [14] & cum aliquis de exactione & taxa solvat [15] pro" qualibet bestia cornuta, [16] & sic *pedagium* pro pedibus, cum bestiæ in Fol. 65. b.

1. Medylig *C. C.* 2. Hujus in cur. *C. C.* 3. Huic *pro* tunc *in C. C.* 4. Habet *C. C.* 5. Emendacio *C. C.* 6. Una *C. C.* *F.* videtur. 7. Hujus. Childwyt *C. C.* 8. Hujus coll. *C. C.* 9. *Sic.* 10. *Deest C. C.* 11. Legatus *C. C.* 12. Carneage *C. C.* 13. Cum *C. C.* 14. F. est. 15. *Deest C. C.* 16. Et c. ped. *C. C.*

parcis

Fol. 66. a. parcis incarcerantur, & cetera hujuſmodi. *Burghbote* eſt exactio vel auxilium dandum pro reædificatione burgi, caſtri, vel murorum proſtratorum. *Brigbote* eſt auxilium dandum pro ædificatione pontium vel pontis. *Averpeny* eſt auxilium dandum pro averiis domini regis. *Terrage* eſt permiſſio frangere terram in ſtrata regia. *Poundage* eſt tallagium de [1] minutione unius libræ. In libro de Domeſday in recepta ſcaccarii ſunt plures termini incogniti nobis nunc diebus, ut bordagii, batſnemſi, pro quo intelligo homines conſuetos cum baculis & fuſtibus pugnare. Nam baculi in multis locis [2] *batts* vocantur, & qui eis in pugnis utebantur merito appellabantur [3] batſnemſi, quaſi conſueti portare [4] *batts*, hoc eſt, baculos.

De modo pugnandi diverſorum regnorum. M.

Hîc facio digreſſionem ſecundum auctoritatem Henrici Huntingdon de modo pugnandi diverſorum regnorum libro VII. [5] capitulo primo Itineris Jeroſolimitani, ubi dicit, [6] "Quod" [7] Turſi, Perſæ & Medi mortem immittunt ſagittis. Silicientes vero & Anglicani telis, "Saraceni quidem & Arabes lanceis, Publicani clavis "ferratis & gladiis." Hæc ille. Hiberni enſes utuntur lanceis, telis, & arcubus curtis ad modum Turcorum. Britones [8] etiam in adventu Saxonum utebantur ſagittis; & à conqueſtu Normannorum uſque nunc, & [9] etiam nunc Anglici utuntur ſagittis. In illo certe libro [10] de Jure Angliæ ſunt multi extranei termini, quem librum vidi diverſis vicibus auctoritate comitum Warwici, qui erant Fol. 66. b. camerarii regis ibi. Duos habet ibi rex ex officio camerarios, quorum unus erat comes Warwici per ſubſtitutum occupans. Alii officiarii nummos occupantes extranei ſe mihi oſtendebant. non erat cauſa mea. meum ibi [11] ſcrutineum. ideo diſtuli laborare, & pro certo nunquam aliud intendebam quam honorem dei, & regis ac totius rei publicæ proficuum, ut deus novit. Jam ad prætacta redeamus. *Carucata terræ* eſt quantum aratrum arare poterit in ſationali tempore. *Caruca*, id eſt, [1] aratrum.

---

1. *Sic.* 2. Baccis *C. C.* 3. Batſnemiſi *C. C.* 4. Baccis *C. C.* 5. Capite *C. C.* 6. *Deeſt* *C. C.* 7. *Sic.* 8. Autem *C C.* 9. Autem *C. C.* 10. De jure Domyſday Angliæ *C. C.* 11. Scrutendum *C. C.*

[1] aratrum.

[1]aratrum. Et IIII. virgatæ constituunt unam hidam terræ. Et rex Willielmus conquestor recepit vel extorsit de qualibet hida terræ in Anglia VI[s]. Et quinque hidæ constituunt feodum militare, cujus relevium est 100[s]. & relevium integrum baroniæ est centum marcæ, & comitatus integri centum libræ, sicut in Magna Carta continetur. Et sic anno XV. regis Willielmi Conquestoris reperta sunt in Anglia sexaginta M. feoda militum ducenta & XI. Hæc non à me scribo, sed ut reperi alibi hîc & illic in antiquis libris. De [2] cunagio (carucagio) vero scio quod non potest esse concordantia cum antiquis scriptis propter multiplicem variationem nuper emergentem de terrarum [3] divisione. Credo quod non sit variatio secundum [4] scire meum. Antiquitus tenebatur, quod tria [5] grana ordei in medio spicæ faciebant unum digitum, alias pollicem, Anglice **a ynch**, & XII. digiti vel pollices faciebant pedem. Pes cum dimidio faciebat cubitum. Gradus erat ex duobus cubitis, passus ex duobus gradibus, stadium ex 150. passibus, miliarium ex octo stadiis, leuca ex XII. stadiis, pertica ex viginti quatuor pedibus, & stadium ex XL. perticis. Istæ primitus mensurarum adinventiones ad maximum & legittimum commodum erant rei publicæ ordinatæ. Omnes leges & jura erant constituta pro conservatione reipublicæ & civium unione. Nota terminum. Civitas est civium concordans unio, & omne jus civile est ordinatum ad promovendum civium unionem; sed isti avari villarum destructores sunt inimici illius juris, quia in destruendo villas manentium dispergunt cives, & in hoc lædunt omnes circumjacentes civitates nobilesque villas & mercatus, quia contra omnia jura suorum [6] singulare intendunt commodum in dampnum [7] communitatis. Et hoc lex [8] civile omnino dampnat, ut habetur libro primo Institutionum, & titulo secundo, quia agunt directe contra juris præcepta. Nam juris præcepta, ut ibi evidet, sunt hæc: honeste vivere, altrum non lædere, & suum cuilibet tribuere. Sed isti

Fol. 67. a.

1. Aratrum. Item virgata terræ continet viginti quatuor acras. Et IIII. virgatæ *C. C.* 2. Omagio *C. C.* 3. Dicione *C. C.* 4. Scriptum meum *C. C.* 5. Genera *C. C.* 6. Singulorum *C. C.* 7. Comitatum *C. C.* 8. *Leg.* civilis.

è con-

è converſo plurimos lædunt, & aliorum commoda in
ſua proficua, aliis graviter læſis, convertunt. Etenim
contra depopulatores ædificiorum omnia adverſantur
jura. [1] Nam namque villarum necnon domorum deſtru-
Fol. 67. b. ctio penitus inhibita eſt jure civili; ut aperte cavit tex-
tus [2] in libro ſenatus ff. de contrahenda emptione &
venditione, ubi inſeruntur" hæc verba: "Senatus [3] ſen-
"ſuit, ne quis domum villamve diruerit, quo plus ſibi
"adquireretur" &c. Ad idem facit textus in libro ſe-
cundo §. de privatis ædificiis, ubi dicitur: "Negotiandi
"cauſa ædificia demoliri, marmora diſtrahere edicto
"divi Vaſpaſiani & ſenatus conſulto vetitum eſt. Et nec
"dominis ædificiorum transferre licet, ut interioris be-
"neficiis depoſitis publicus deformetur aſpectus." Pro
iſto facit textus Inſtitutionum de rerum diviſione §. *cum
in ſuo ſolo*. Ubi prohibet lex XII. tabularum, "Nemi-
"nem poſſe tignum ſuum ædibus alienis injunctum ven-
"dicare vel eximere." Et ratio una eſt hæc, ne urbs
ruinis difformetur. Ad idem conſonat textus in libro 11°.
§. *Si quis*, ff. *ne quid in loco publice fiat*. Ubi dicitur,
"Si quis, nemine prohibente, in loco publice ædifica-
"verit, prætor dicit non eſſe cogendum tollere, ne rui-
"nis urbs difformetur." [4] "Item: Præſes provinciæ, in-
"ſpectis ædificiis, dominos eorum reficere compellit. Et
"adverſus [5] detractantem competenti remedio difformitati
"auxilium ferat." ff. de officio Præſidis [6] l. Præſes. Et
ſic iſtis ex præmiſſis manifeſte colligitur, ruinam villarum
juri civili odioſam necnon penitus eſſe vetitam. Cavit
[7] etiam jus canonicum, quod depopulator agrorum non
gaudebit inmunitate eccleſiæ. Capitulo inter alia ſuper
hoc Johannes Andreæ dicit, "Quod confugientes ad
"eccleſiam debent ibi defendi præter duas perſonas, ſci-
"licet latronem publicum & devaſtatorem agrorum &
"viarum." Hæc ille. [8] Ergo à fortiori, ut videtur, de-
populator villarum, reddens hominum ſuſtentationem in
paſtum tantum beſtiarum, fugiens ad eccleſiam non ha-
Fol. 68. a. bet ibi defendi. Dedignantur [9] etiam ſacri canones vil-

---

1. *Sic.* 2. *Deſunt C. C.* 3. *Leg.* cenſuit. 4. Itidem *C. C.* 5. Detractan-
tes *C. C.* 6. Vel *C. C.* 7. Autem *C. C.* 8. Igitur *C. C.* 9. Autem *C. C.*

larum

larum dirutores, agrorum viarumque depopulatores in ecclesiastica humari sepultura. Consonum multis videtur, quod qui se villarum destructione abstrahunt à vivis, [1] quod cum eisdem localiter non communicent in sepulturis. Neque licet quemquam utilitati communi propriam præponere utilitatem. Nam sicut majus bonum minori bono præponitur; ita communis utilitas omni singulari utilitati omni jure præfertur. Ex III°. Decretalium Rubrica de regularibus & transeuntibus ad Religionem capitulo *Licet*. Etiam quod publica utilitas præfertur privatæ evidet septima questione prima [2] scias, & de gestis pro socio in [3] actione, paragrapho *Labeo*. Et sic semper præfertur privatæ primo libro Decretalium, capitulo *Bonæ memoriæ*. Qui igitur permissive habent libertatem aliquam faciendi merentur amittere privilegium, qui [[4] concessa"] sibi abutuntur libertate capitulo *Licet*. Unde apostolus, "Utinam [5] abscidantur qui vos "conturbant." Præteritis namque diebus nobiles bonarum inventionum gloriosos habebant filios, qui semper utiliora prioribus invenire desudabant: sed nunc est è converso, avari patres cupidiores generant filios. ubi forte pater pro cupiditate unam destruxit villam, ejus moribus avarus filius destruit plures villas. De talibus optime finxit quidam poëta. Et sic quidam dixit, "Potens habet prolem [6] natum, & multi inde exultabant." Quibus per parabolam dixit, "Audite gaudium vestrum. "sol genuit solem, & omnes creaturæ ingemuerunt di- "centes, Unicus sol erat nobis prius, & vix præ calore Fol. 68. b. "ejus vivere potuimus. Nunc sol multiplicatus tollet "vitam nostram." Sic est de istis cupidis villarum dirutoribus. Exemplo paterno filii sunt pejores patribus. Attendant tales in conscientia miseri ad scripta auctentica. Nam scribitur tercio regum XXI°. capitulo, "Quod "rex Israel Achab nomine videns vineam Nabot sibi "necessariam & propinquam, cum eo loquens, pacifice "petens ab eo ipsam vineam ad opus suum, in valore "promittens vel commutatorie terram æqualis valoris, "Nabot humiliter regi respondens dixit, Quod erat sibi

1. *Delend. forsan.* 2. Scias *C. C.* 3. Accionem *C. C.* 4. *Deest C. C.* 5. Abscindantur *C. C.* 6. *Sic.*

"terra hereditaria, & ſicut eam à parentibus hereditarie "accepit, ſic ipſe heredibus ſuis dimittere vellet, nec "vendere nec commutare." Precabatur regem non [1] eum" ulterius inde attemptare. Contriſtatus eſt rex ultra modum, & [2] præ dolore decidit in lectum. Cui adveniens uxor ſua regina Jeſabel, & cauſam doloris perfecte intelligens, conſolata eſt eum, promittens ſe ſuum deſiderium implere ad effectum. Et ſtatim [3] hinc fictis ſub ſigillo regis Achab, duobuſque falſis adquiſitis teſtibus, & civitati Jeſrael, ubi Nabot manebat, miſſis, illorum falſorum inſano teſtimonio juſtus Nabot extra civitatem ad mortem injuſte lapidatus eſt. Sed Deus, qui Nabot de injuriis ſuis optime remunerare potuit, voluit & finaliter fecit. Heliam Thesbiten prophetam regi A-
Fol. 69. a. chab dictæ vineæ cum ingenti gaudio deſcendenti eidem regi obviare cum aliis nunciis præcepit. "Vineam Na-"bod optinuiſti & poſſediſti, & ſicut canes ſanguinem "ſuum linxerunt in fundo [4] Iſrael, ſic & [5] tuam lingent. "Et Jeſabel uxor tua & regina, hujus mali operatrix, "erit cibus canum in Jeſreel." Notate hîc vindictam Dei poſtea executam. Et hoc præcipue vobis dico, ô deſtructores & dirutores villarum, qui cogitis liberos tenentes in villis per vos dirutis proprias invitos amittere terras. Ipſi Acab, Jeſabel, & Nabod mortui ſunt. Deum habuerunt judicem, qui & idem Deus in æternum regnabit. Conſimile delictum, & non [6] mitiorem, ſed potius ferventius & crudelius poſt judicium exercebit in vobis, eo quod exempla priora vos non emendant. Timete igitur Deum, & retrahite vos à viis veſtris peſſimis. Ex-
Narratio. emplarie igitur vos exhortando ad nuperiora facta diebus Philippi regis Franciæ [7] contemporanei regum An-

II. I. II.

gliæ, Henrici, Ricardi, Johannis, & Henrici ex auctoritate Cæſarii diſtinctione VI. capitulo XXIII°. idem rex habuit in civitate Pariſienſi præpoſitum, qui cujuſdam ſui concivis vineam concupiſcens, ut ſibi venderet illam importune nimis inſtabat. Reſpondente cive, ſicut Na-

1. *Deeſt C. C.* 2. Pro *C. C.* 3. *Leg.* literis fictis. 4. Jeſrael *C. C.* 5. *Sic*, 6, *Sic Cott.* Minorem *C. C.* 7. Contemprandii *C. C.*

both

both respondisse legitur Acab regi Israel, "Vivit domi-"nus, quia non vendam tibi patrum meorum hereditatem, eo quod nulla ad hoc me compellit necessitas." Præpositus minas intulit, sed non perfecit. Contigit interim, ut homo ille moreretur. Quo cognito, præfectus effectus est hilarior, & [1] hujusmodi dolos homo astutus ad sui perniciem excogitavit. Duos siquidem ex scabinis, ut sibi testimonium falsitatis ferrent, pecunia corrupit. Cum quibus sicut [2] conductum fuerat mox [3] intempesta nocte defuncti sepulchrum adiit, terraque ejecta in fossam descendit, & sacculum pecuniæ, quam [4] viro pro vinea optulerat, in manum ponens mortui ait, "Testis uterque vestrûm sit, quod [5] tantam pecuniam "homini isti pro vinea sua tali à me diu desiderata de-"derim, quam ipse quidem, ut vos videtis, manu sua "recipit, nec aliquid contradicit." Dicentibus illis, "Testes sumus," mox recepit pecuniam, & rejecit terram. Mane testibus eisdem adhibitis vineam sibi vendicavit. Quod cum relicta defuncti didicisset, stupens accurrit, & præposito dixit, asserens neque maritum, neque se vineam illam umquam præposito vendidisse, neque umquam aliquid pecuniæ pro ea recepisse. Cui ille: "Ego "tanto precio vineam comparavi, sub testimonio horum "scabinorum. In manum viri tui apposui, nec contra-"dixit." Quæ se nil videns proficere, ad regem cucurrit, de violentia præpositi sibi conquerens, illo sub prædictorum testimonio contradicente. Rex quia audientiæ vacare non potuit, quibusdam discretis viris causam commisit; qui testimonio scabinorum decepti, in partem præpositi declinantes, cum eo contra viduam dederunt sententiam. Tunc illa amplius turbata, cum regi clamosis fletibus nimis esset importuna, rex testes vocari jussit, & quia vir prudens erat prudenter illos examinavit. Accepto prius uno & solus loquens cum solo, ait: "Nosti dominicam orationem?" Respondente illo, "No-"vi domine;" subjunxit rex, "Dic ergo illam, me au-"diente." Quod cum fecisset, nil aliud ei loquens, præ-

Fol. 69. b.

Fol. 70. a.

1. Hujus dolos *C. C.* 2. *Leg.* condictum. 3. Intempestiva *C. C.* 4. *Leg.* vivo. 5. Totam *C. C.*

cepit ut in vicinam cameram [1] cecederet. Et advocans
[2] alterum, ſeverius eum alloquutus eſt, dicens: "Socius
"tuus de vinea illa tam meram mihi retulit veritatem,
"ſicut eſt ſanctum [3] *pater noſter*, quo nil eſt verius.
"Quod ſi ab eo diſcordaveris, graviſſime punieris."
Æſtimans ille quod regi omnia dixiſſet, timens ac tre-
mens ad pedes ejus [4] coruit, dicens, "Miſeremini noſtri,
"Domine, quia ſic & ſic fecimus, à præpoſito noſtro
"inducti." Iratus rex valde, vineam viduæ reſtituit, &
præpoſitum vivum in eadem vinea ſepeliri præcepit.
Ecce rex inſpiratus à Deo juſtam dedit ſententiam. De-
functum præpoſitus [5] effoſſit, & ideo illum vivum terra
abſorbuit. Si noſtris terrarum injuſtis invaſoribus ſimilis
daretur ſententia, à villarum deſtructione cito ceſſare-
tur. Rex punivit præpoſitum in corpore, ſed Deus ſo-
lummodo dat ſententiam animæ; quæ ſententia multum
periculoſior eſt, ut patet per [6] iſtum Cæſarium, & oſten-
ditur diſtinctione prima capitulo XXVII°. & capitulo
Narratio. XXXIIII°. ubi ſic dixit: "Quod quidam dux [7] Thurin-
"giæ, nomine [8] dictus Lodowicus Landagravius, prædo
"pauperum ac tirannus maximus, non curans de execu-
"tione & oppreſſione pauperum in bonis & poſſeſſio-
"nibus eorum, eccleſiarum [9] etiam uſurpans poſſeſſi-
Fol. 70. b. "ones, & propter hæc aliaque plurima mala à viris reli-
"gioſis dum corriperetur, qui ei proponebant in con-
"feſſione pœnam malorum & gloriam electorum, ver-
"bum miſerabile reſpondit; *Si prædeſtinatus ſum*, in-
"quit, *nulla peccata mihi poterunt regnum cœlorum au-*
"*ferre: ſi* [10] *præſtitus, nulla bona mihi valebunt illud*
"*conferre.* Illud etiam Pſalmiſtæ, quia vir literatus
"[11] erat, loco proverbii ad ſuam excuſationem arguen-
"tibus ſe proponebat. Erat ſiquidem literatus, & ob
"hoc amplius induratus. Et cum [12] ei" dicerent viri
"timorati, *Domine, parcite animæ veſtræ, deſiſtite pec-*
"*care, ne Deus provocatus peccatorem in peccatis occi-*
"*dat:* iterum reſpondit, *Cum venerit dies mortis meæ*

1. *Leg.* ſecederet. 2. Alium, ſemotus eum *C. C.* 3. Patrum noſtrum *C. C.* 4. *Sic.* 5. *Sic in Cott. pro* effodit. *Sed* effoſit *in C. C.* 6. Illum *C. C.* 7. Duringiæ *C. C.* 8. Dominus Lod. *C. C.* 9. Autem *C. C.* 10. *Sic.* 11. Erat, cœlum cœli Domino, terram dedit filiis hominum, loco proverbii *C. C.* 12. *Deeſt C. C.*

"*moriar,*

"*moriar. Non illum potero bene vivendo extendere, ne-*
"*que male vivendo prævenire.* Volens illum pius domi-
"nus à tanto errore misericorditer vocare, & reducere
"ad mentem, infirmitate periculosa cœpit eum flagel-
"lare. Vocatus est medicus ejus, vir bonus & discretus,
"& non solum in phisica, sed etiam in theologia non
"mediocriter literatus. Cui princeps dixit: *Ut vides,*
"*infirmus sum valde. Adhibe curam, ut* [1] *possum con-*
"*valescere.* Memor medicus erroris sui prætacti, respon-
"dit, *Domine, si venit dies mortis vestræ, non vos po-*
"*terit cura mea morti subtrahere: si vero moriturus*
"*non estis, de infirmitate ista superflua erit medicina*
"*mea.* Et ille: *Quomodo sic respondes, si mihi non fu-*
"*erit adhibita curæ diligentia, & diæta* [2] *proposita, potero* Fol. 71. a.
"*tam à me ipso quam ab aliis necligentiæ argui, & ante*
"*tempus mori?* Audito hoc verbo medicus valde hilaris
"effectus, data occasione respondit: *Domine, si creditis*
"*vitam vestram protelari posse virtute medicinæ, quare*
"*hoc credere* [3] *remittitis de pœnitentia & operibus justi-*
"*tiæ, quæ sunt antidota animæ? Sine hiis anima mo-*
"*ritur, sine hiis ad sanitatem, quæ est in futura vita,*
"*nemo pervenit.* Considerans dux Lantegravius pondera
"verborum, & quia rationabiliter perorasset, dixit ei,
"*De cetero medicus esto jam animæ meæ, quia per*
"*tuam linguam* [4] *medicinalem Deus liberavit me à*
"*maximo errore.* Sed, quod dolendum est, promisit
"verbis, quod non implevit factis." Unde qualis ejus
finis fuit, cum quanta sarcina peccatorum obiit, edoce-
tur capitulo xxxIIII°. distinctionis prædictæ, ubi sic
prædictus Cæsarius scribit: "Iste Lodowicus cum more- Narratio.
"retur duos filios reliquit heredes, Lodowicum & Her-
"mannum. Primus in prima expeditione Jerosolimitana
"defunctus est, & sibi in principatu successit frater suus
"Hermannus, ceteris minus malus. Hic quadam vice
"tunc dum in principatu viveret publice tale [5] dictum
"coram clientela sua palam proposuit: *Si modo aliquis*

1. *Leg.* possim. 2. Proponita *C. C.* 3. Renuitis *legendum esse innuit scriba ad oram Apographi Bodlejani.* 4. Medicinaliter *C. C.* 5. Dictum quadam coram *C. C.*

"*esset,*

"*esset*, inquit, *qui veris indiciis vera mihi de animæ*
"*patris mei dicere posset, bonam curiam, vel* [1] *bonum*
Fol. 71. b. "*donum à me reciperet.* Audiebat hæc quidam miles
"pauper, qui fratrem habebat clericum in nigromancia
"quandoque satis expeditum. Cui cum verba principis
"indicasset, respondit ille: *Karissime frater, Diabolum*
"*aliquando per* [2] *carmina vocare consuevi. sciscitabar ab*
"*eo quæ volui, & diu est quod ejus colloquiis artibus*
"*renuntiavi.* Instante milite oportune & importune, ad
"memoriam ejus reducens propriam paupertatem [3] pro-
"missumque honorem", precibus ejus tandem clericus
"victus Dæmonem vocavit. Dæmon vocatus, quid vel-
"let inquisivit. Respondit clericus: *Pœnitet me tanto*
"*tempore recessisse à te. Indica mihi obsecro, ubi sit*
"*animæ domini mei Lodowici Lantegravii, ducis Du-*
"*ringiæ.* Ait Dæmon, *si vis mecum pergere, ego illum*
"*tibi ostendam.* Et ille: *Libenter illum viderem, si*
"*sine periculo vitæ meæ illum videre possem.* Cui Dia-
"bolus: *Juro tibi per altissimum & per tremendum*
"*ejus judicium* [4] *quia si fidei meæ te commiseris inco-*
"*lumem te illuc ducam & reducam.* Ponens clericus
"propter fratrem animam suam in manibus suis collum
"Dæmonis virili specie sibi apparentis ascendit, quem
"infra [5] breve tempus ante portas inferi apposuit. Intro-
"spiciens clericus loca nimis horrenda contemplatus est,
"pœnarumque diversa genera, & Dæmonem quendam
"aspectu horribilem super opertum puteum residentem.
"Clericus, ut videt, totus contremuit. Et clamavit Dæ-
Fol. 72. a. "mon ille ad Dæmonem bajulum: *Quis est ille quem*
"*tenes in collo? Da eum mihi huc.* Qui respondit, *A-*
"*micus noster est, & juravi ei per virtutes tuas magnas*
"*quod eum non læderem, sed animam Lodowici Lante-*
"*gravii ducis Duringiæ domini sui ostenderem, sanum-*
"*que reducerem, ut omnibus tuam inmensam prædicet*
"*virtutem.* Ille vero statim operculum igneum cui in-
"sedit amovit, & tuba ænea puteo inmissa tam valide
"buccinavit, ut videretur clerico totus tremere mundus.

1. Domum bonam *C. C.* 2. Cariniam *C. C.* 3. *Desunt C. C.* 4. Quod *C. C.*
5. Brevi *MS.*

"Post

"Post horam, ut ei videbatur, nimis longam puteo eru-
"ctante flammas sulphureas Lantegravius inter scintillas
"ascendentes simul ascendens videndum se clerico collo
"tenus præbuit. Ad quem ait: *Ecce præsto sum miser*
"*ille Lodowicus Lantegravius quondam dominus tuus*,
"*& utinam nunquam natus fuissem.* Cui clericus:
"*Missus sum à filio vestro, ut ei renunciare possim de*
"*statu vestro, & si in aliquo potestis adjuvari mihi di-*
"*cere debetis.* Respondit ille: *Statum meum bene vi-*
"*des. Hoc tamen scias, quod si filii & heredes mei*
"*restituere vellent tales possessiones talium virorum, &*
"*talium ecclesiarum, propriis nominibus eas exprimens,*
"*quas mihi injuste usurpavi, & sub titulo hereditario*
"*ipsis reliqui, magnum animæ meæ conferrent reme-*
"*dium.* Cui cum clericus diceret, *Domine, non credent*
"*mihi filii tui*; respondit, *Ego dicam tibi signum, quod*
"*nemo novit præter me & filios meos.* Accepto signo,
"& Lantegravio (eo vidente) in puteo submerso, per
"Dæmonem reductus est. Qui licet vitam non perdidit, Fol. 72. b.
"ita tamen pallidus & languidus rediit, ut [1] vix" agno-
"sceretur. Verba patris proli [2] suo retulit. Signum os-
"tendit, sed modicum profuit. Non paterno desiderio
"additus est consensus, nec sequebatur effectus, nec pos-
"sessiones sunt restitutæ. Respondit tamen Lodowici
"Lantegravii senior filius clerico, *signum cognosco, patrem*
"*meum te vidisse non dubito, propositum tibi præmium*
"*dare non renuo.* Ad quem ille: *Domine, Curia vestra*
"*vobis maneat. Ego cogitabo quid animæ meæ expediat.*
"Relictisque omnibus, factus est monachus in ordine
"[3] Cisterciensi, contempnens omnem sustinere laborem
"temporalem, dummodo pœnam evaderet æternam."

Addiscite hîc, ô vos amatores mundi, rei publicæ inimici, manifesti populorum tortores & oppressores, destructores villarum, liberorum tenentium tenuras eis invitis injuste possidentes, eosque à paternis avorum, abavorum, & attavorum hereditariis sedibus expellentes, mendicitati, furto, & aliis miseriis exponentes. Mundus ob hoc vos odit, Deus & omnes cœli cives vestrum ne-

1. *Deest* C. C. 2. *Sic.* 3. Cisternensi *C. C.*

phandum

phandum consortium contempnunt, & solus Diabolus cum societate sua in suam societatem gratanter admittit. Ibi tunc manebitis, ubi nunquam erit ordo, sed sempiternus horror inhabitans. Cantusque vester sempiternus erit, *væ ! væ ! væ ! quantæ sunt tenebræ !* Dum igitur lucem habetis, videlicet Christum, ambulate in luce, id est, in viis Christi, nc tenebræ sempiternæ vos comprehendant. Derelinquite vias vestras malas, & ad satisfaciendum Deo & proximo toto corde laboretis. Quod vobis facere concedat dominus noster Jesus Christus, Dei filius. Amen.

Fol. 73. a.

Rex Edwardus magnus fautor eruditionis, qui Universitatem Cantabrigiæ fundavit, statuens cathedras magistrorum & doctorum suis maximis expensis, & etiam fundavit abbathiam *monalium de Romesey in Wintoniensi Diocesi. Condidit apud Warwick munitiones, quæ usque hodie Le dungeon sunt appellatæ. Fecit turrem & mercati locum in comitatu Warwici, & ecclesiam in comitatu Staffordiæ. *M.*

Rex Edwardus dictus Senior patri suo Aluredo [1] hereditarie successit. Qui quamvis patri in literatura erat inæqualis, potentia tamen erat major. Proficientes etiam in scolis adamavit, & ad dignitates ecclesiasticas, secundum merita sua, moribus & vita sublimavit. Propterea ad clerimoniam augmentandam, sicut pater suus Oxoniam, sic ipse Cantebrigeam ab antiquo cum ceteris studiis [2] generaliter suspensam, desolatam, & destructam, iterum ad primam gloriam erexit, necnon ibi aulas studentium, & doctorum magistrorumque cathedras & sedilia, ut dilectissimus cleri nutritor, amator, & defensor, suis sumptibus erigi & fabricari præcepit. Ab Oxonia namque Universitate, quam pater suus nobilis rex Alfredus erexerat, magistros artium, quas liberales vocamus, pariterque in sacra Theologia doctores advocavit, ibique ad legendum [3] formaliter & docendum invitavit. Hæc Thomas Rodburn in Chronica sua. Sed plenius hæc vidi Wintoniæ in abbathia de Hida in quadam antiqua tabula, cujus copiam inde habui & habeo. Et in dicta abbathia ambo reges prædicti Alueredus & Edwardus sunt consepulti. Est etiam idem processus ibi in eadem abbathia in quadam bene indictata nobili Chronica, quæ de vetusta & antiqua manu iterum, ne periret, nova manu & placida scripta est, ut egomet vidi benevola licentia domini abbatis ejusdem loci. Fun-

1. Hereditaria *C. C.* 2. Generalibus *C. C.* 3. Formalem *C. C.* --- * *Sic.*

davit etiam prædictus rex Edwardus abbathiam monialium de [1] Ramsei in Wintoniensi diocesi; cujus soror [2] Elfleda, uxor subreguli Merciorum Ethelredi, fine autumpni anno domini 915. condidit apud Warwyk munitiones contra Danos. Quæ usque hodie Le Dongeon est [3] nuncupatum, super montem [4] artificialiter factum. Consimilem [5] multum fecit apud Tomworth in confinibus comitatuum Warrwici & Staffordiæ. Turris & mercati locus est in comitatu Warwici, & ecclesia in comitatu Staffordiæ. Et apud Tomworth obiit XIX. Kal. Julii anno Domini 918. quinquennio ante obitum fratris sui regis Edwardi, sepultaque est [6] Glouцestriæ in ecclesia Sancti Petri, quam ipsa cum viro suo construxerat super ossa Sancti Oswaldi regis & martyris, quæ à Bardeneia illuc attulerunt. Et obiit iste nobilis rex Edwardus apud Farindon per XII. miliaria ad occidentalem partem Oxoniæ, & sepultus est Wintoniæ in novo monasterio juxta patrem suum regem Aluredum. Quod monasterium erat tunc infra muros Wintoniæ, sed nunc est translatum cum regibus ibi sepultis extra muros, & vocatur abbathia de Hyda. Rex Athelstanus, miles egregius, fundavit cœnobia Midilton & de Michelmensei, secundum Willielmum de pontificibus. Et præcipuus benefactor erat ecclesiæ Sancti Pauli London, & ecclesiæ [7] Beverlacensi, & abbathiæ de Malmesbury ubi sepelitur. Athelstanus rex staturæ fuit quæ justam non excelleret, corpore deducto, capillo flavo, filis aureis pulchre intorto. Northwallenses solverunt sibi aurum, argentum, & boves pro vectigali. Cambrienses ex Cestria expulit, ipsamque urbem turribus & muris cinxit, terminum provinciæ ad Cambrum fluvium statuens, sicut aquilonaribus Britannis [8] ampnem Waiam limitem [9] posuerat. Hujus regis regni anno tercio, anno domini 926. apud Wintoniam IIII. Idus Julii commissum erat fortissimum duellum pro jure Angliæ inter regum pugiles Angliæ & Danmarchiæ, Guidonem videlicet comi-

Fol. 73. b.

Elfreda. M.

Ethelredus cum uxore sua Elfleda fundatores abbasiæ Sancti Oswaldi in Glovernia. M.

Sepultus Edwardus fuit in novo monasterio Wintoniæ. M.

Rex Athelstanus sepultus fuit in abbathia Malnisberia. M.

Iste rex muris circumcinxit Exoniam. M.

Fol. *94. a.

GuidoWarwicke. M.

---

1. Romsei Wintoniensi *C. C.* 2. Elfreda *C. C.* 3. *Sic.* 4. Artificialem *C. C.* 5. *Sic.* 6. Glocestriæ *C. C.* 7. Beverlacensis *C. C.* 8. Apud Waiam *C. C.* 9. Posuerat. Ejus regni *C. C.*--* *Ita folia sese habent, lapsu scribæ.*

tem de Warrewyke, & Collibrundum immanis staturæ virum, natione Affricanum & fide paganum, sed, deo propitius agente, Christianorum miles, angelica monitione acceptus, & in Christiana fide servus dei [1] fidelis, dei ecclesiæ & totius regni Angliæ inimicum feliciter devicit, ut testantur in Chronicis suis Henricus Knyghton, Thomas Rodburn, Girardus Cambrensis, [2] Johannes Strench, Johannes Hardyng", Johannes Gresley, Johannes [3] Poutrel, & multi alii. Iste etiam rex Athelstanus Scotos rebellantes [4] perdomuit, &, ut recolo, biennio, vel amplius, in Scotia moram traxit, quam [5] regionem cum Anglicis [6] instauravit. Unde usque hodie relicto proprio idiomate, Hibernico videlicet, modo [7] loquuntur Anglicum. Huic regi in quodam [8] in quodam" bello [9] gladio privatus est, sed intente orans [10] habuit divinitus gladium in vaginam missum, & extunc usque ad conquestum gladii pugnantium cassidi semper erat cathena subtili ligatum. Rex Edgarus militia nulli secundus. Rex Edgarus staturæ fuit & corpulentiæ perexilis, sed magnæ & animosæ erat virtutis. Et tot diebus suis fundavit & reparavit loca religiosa quot erat ætatis annorum cum obiit. [11] Ejus etiam solerti providentia [12] Anglia & Wallia, multum lupis vexatæ, pro eorum nimia [13] habundantia eis sagaciter destructis, magnæ quieti & securitati totius regni incolas gratiose extunc dedit. Circa etiam hæc tempora primus Ricardus, dux Normanniæ, statuit primo vigilias fieri circa funera mortuorum ante eorum sepulturam. Quæ ordinatio postea per prælatos ecclesiæ, propter multa mala inde ingruentia, in omni loco [14] cassata est. Hic Edgarus solebat annuatim circuire regnum exercitu navali, in signum quod erat dominus terræ & etiam maris. Unde, secundum Willielmum de regibus libro secundo, regi Edgaro anno regni sui XII°. ad urbem Legionum, quæ nunc Cestria

Rex Athelstanus Scotos rebellantes prodomuit. M.

Rex Edgarus præcipuus omnium ac invictissimus, & erga cleros fuit munificentissimus ac omnium regum fundator maximus monasteriorum. M.

Fol. 94. b.

Collegium Canonicorum nomine Sancti Johannis edidit ille in Cestria. M.

---

1. Fidet *C. C.* 2. *Desunt C. C.* 3. Poutred *C. C.* 4. Pro dominio, &, ut rec. *C. C.* 5. Regionem usque hodie cum Anglicis *C. C.* 6. Instauravit. Ideo idiomate Hibernico *C. C.* 7. Loquitur *C. C.* 8. *Desunt C. C.* 9. *Ita hæc concipiuntur.* 10. Habuit dictum gladium *C. C.* 11. Cujus enim solerti *C. C.* 12. *Sic hæc concipiuntur.* 13. Hudana eis *C. C.* 14. Cessata *C. C.*

dicitur,

dicitur, octo [1] reges occurrerunt, cum quibus die quadam ascendit scapham, clavum gubernaculi per flumen Dee decurrentis manu regens, ceteris regulis ad remos locatis, sicque ad ecclesiam beati Johannis Baptistæ navigando pervenit. Qui dum pari pompa [2] remigando ad suum palacium pervenisset, fertur suis dixisse, "Tunc "demum quenquam successorum suorum posse gloriari "quando tali pompa potiretur." Horum subregulorum nomina sunt hæc: [3] Kynath rex Scottorum, Malcolm rex Cumbrorum, Maccus plurimarum rex insularum, Dufnale, Siferth, Huwal, Jacob, Muchil. Et eodem tempore omneis isti reges [4] ibidem eidem regi Edgaro fidelitatem juraverunt. Iste rex Edgarus suam dignitatem per stilum suum in scriptis hoc modo ostendebat, ut in carta sua quam fecit Sancto Oswaldo Wigorniensi episcopo plane ostenditur sub hiis verbis: "[5] Altitonantis Fol. 95. 2. "Dei largiflua clementia, qui est rex regum & dominus "dominantium, Ego Edgarus, Anglorum basileus, om"niumque [6] regum" insularum oceani, quæ Britaniam "circumjacent, cunctarumque nationum, quæ infra [7] ea"dem includuntur, imperator & dominus, Gratias ago "Deo omnipotenti regi meo, qui meum imperium sic "ampliavit & exaltavit super regnum patrum meorum, "qui licet monarchiam totius regni adepti sunt à tem"pore regis Athelstani, qui primus omnium regum An"glorum omnes nationes, quæ Britaniam incolunt ma"jorem, sibi armis subegit, nullus eorum ultra ejus fines "imperium suum dilatare aggressus est. Michi autem "concessit propicia divinitas cum Anglorum imperio "omnia regna insularum oceani cum suis fortissimis re"gibus usque [8] Norregiam, maximamque partem Hi"berniæ cum sua nobilissima civitate Dublinia Anglo"rum regno subjugare, quos & omnes meis imperiis "colla subdere, Dei favente gratia, coëgi." &c. De cujus obitu chronicæ memorantes, præcipue Willielmus Meldunensis sub hac forma scribit: "Anglici orbis ba"sileus, flos, & decus antecessorum suorum rex pacificus

---

1. Reguli *C. C.* 2. Navigando *C. C.* 3. Rinath *C. C.* 4. Itidem *C. C.* 5. Altitonatis *C. C.* 6. *Deest C. C.* 7. *Leg.* eandem. 8. *F.* Norvegiam.

"Edgarus [1] non minus Anglis quam Romulus Romanis, "Cirus Persis, Alexander Macedonibus, [2] Arsaces Par-"this, Karolus Magnus Francis, postquam regaliter "cunctum consummavit obiit VIII°. Idus Julii feria quin-"ta anno ætatis suæ XXXII°. regni sui in Marchia & Fol. 95. b. "Northumbria XIX°. ex quo vero per totam Angliam "regnavit XVI°." In hujus Edgari nativitate audivit Sanctus Dunstanus angelos canentes, "Pax terræ An-"glorum exorti nunc [3] pueri Dunstanique tempore," sicque actum est. Cum Mercenses & Northumbri noluerunt Edwinum regem regnare super se, fratrem ejus [4] Edgari in regem elevaverunt. Willielmus de regibus. Et sicut eadem terra bonas & malas herbas producit & nutrit, urticæ quandoque proxima est rosa: sic ex pio rege, Anglorum rege, Edmundo Edwinus pessimus & Edgarus optimus processerunt. [5] Regi Edgaro successit filius suus Sanctus Edwardus rex & martyr. Cui successit frater suus rex Ethelredus. Qui secundum prophetiam parum supra recitatam quam diu Sanctus Dunstanus vixit prosperitate non caruit, sed post redierunt Dani [6] superficiem terræ cooperientes. Tepuit postea ubique in Anglia primo pro guerris Danorum postea Normannorum, scolarium possessionibus [7] dirutis & ablatis, utraque tam divina quam humana scientia, ita quod scolæ necessario [8] sessaverunt. Nam, [9] secundum Henricum Huntyngdon in Chronica sua, Oxonia per Danos paganos, Christi & sacrosanctæ ecclesiæ [10] universalis inimicos, anno domini 979. ad cineres cremata est, & iterum additis annis XXX. per eorum novos advenas, totius regni inimicos, penitus est combusta, hoc est, anno Domini 1009. Etiam Cantebrigea auctoritate prædicta per eosdem anno proximò sequenti, videlicet anno Domini MX°, ad cineres redacta est. Unde, ut vidi in quadam Cronica apud Osney prope Oxoniam, Fol. 96. a. dum ibi eram scolaris, quidam nobilis theologus magi-

Sanctus Edwardus rex. M.

Rex Ethelredus. M.

1. Nominis memorabilis *C. C.* 2. Arsoces *C. C.* 3. Parvi Dunstani tempore sic quod actum est *C. C.* 4. *Leg.* Edgarum. 5. Huic regi *C. C.* 6. Superfaciem *C. C.* 7. Dirivatis *C. C.* 8. Cessaverunt *C. C.* 9. Studium Henr. *C. C.* 10. Universitatis *C. C.*

ſter Robertus Poleyn appellatus ſcripturas divinas, quæ in Anglia diu obſolüerant, apud Oxoniam legere cœpit publice in ſcolis ſacræ theologiæ anno Domini 1133. Qui poſtea, cum ex doctrina ejus eccleſia tam Gallicana quam Anglicana multum profeciſſet, à papa Lucio ſecundo ad cancellariam Sanctæ eccleſiæ Romanæ promotus eſt. Cujus diſcipuli tam Oxoniæ quam Cantebrigiæ lecturam poſtea continuaverunt. Demum ſupervenit quidam bonæ memoriæ Doctor Theologiæ magiſter Willielmus de Deorham, quondam ſocius magnæ aulæ Theologorum Oxoniæ, qui trecentas libras pecuniæ Univerſitati Oxoniæ contulit [1] pro XIII. XII. & X. theologis in eadem aula [tempore] futuro ſuſtinendis. & erat ipſe archidiaconus Dunelmenſis, &c, ſecundum Mathæum Pariſienſem in Chronica ſua, obiit anno Domini M. CC. XLIX. rediens à Romana curia eminentiſſime literatus quondam electus Rothomagenſis. Rex Ethelredus, pulcher vultu, decorus aſpectu, die dominica XVIII. Kal. Maii apud Kingſton coronatus fratri ſuo Sancto Edwardo, regi & martyri, in regno ſucceſſit, vir in principio infauſtus, in medio miſer, turpis in poſtremo. Cujus diebus anno domini 987. duæ retro ſeculis incognitæ peſtes Anglorum genti acciderunt, ſcilicet febres hominum, & lues animalium, quæ Anglice 𝔖𝔥𝔦𝔱𝔱𝔢 [2] dicitur, Latine fluxus interraneorum vocatur. Et anno proximò ſequenti, videlicet 988. obiit beatus Dunſtanus, & cum eo receſſit totius regni proſperitas, & ſubito Dani totam terram cooperuerunt. Et tunc Anglici coacti pacem ab eis emerunt dando eis tributum [3] quod Danageld nuncupatur, hoc eſt, de [4] qualibet bovata terræ IIId. Infauſti [5] erant tunc Anglici in omnibus [6] actubus ſuis. Unum vero malum & magnum malum futuro tempore nocivum bonus rex dominus Edgarus in regno ſuo pertulit. Nam ipſo Danorum petitionibus inconſulte ferenti vix fuit in Anglia viculus in [7] quo'' non habitarent Daci cum Anglis.

Robertus Polleyn ſacræ paginæ profeſſor novus inſtaurator Academiæ Oxoniæ à combuſtione ejuſdem. Magiſter Willis benefactor fuit Univerſitatis Oxoniæ. *M.*

Qui contulit trecentas libras pecuniæ ad ejuſdem uſum poſt concremationem erectione Univerſitatis. M.

Ethelredus rex coronatus apud Kyngeſtone. M.

Fol. 96.b.

1. Pro XIII. XII. 60. theologis *C. C.* 2. Dicebatur *C. C.* 3. Quo *C. C.* 4. Quolibet hida terræ *C.C.* 5. Fuerunt *C.C.* 6. Accionibus *C.C.* 7. *Deeſt C.C.*

glis. Nam Daci natura potatores Anglicos in eandem normam duxerunt. Sed de innumerabilibus demum pauci effecti sunt. Nam A.D. 1002. rex infaustus Ethelredus missis literis suis ad urbes Angliæ jussit omnes Danos una nocte, videlicet Sancti Bricii, occidi. Quod [1] & factum est. Initium malorum [2] hoc." Circa hujus tempora regis, non obstante quod imperatores tres uno nomine sibi invicem successerunt, Otho omnes nominati, tercii [3] tamen Othonis tempore constitutum est, ut [4] officiales imperii imposterum imperatores eligerentur qui sunt septem. Unde versus:

Magunt̃, [5] Remensis, Treverensis, Coloniensis,
[6] Quilibet imperii sit cancellarius horum:
Et palatinus dapifer, dux portitor ensis,
Merchio præpositus cameræ, pincerna Boëmus:
Hi statuunt [7] Dominum cunctis per secula solum.

Quatuor archiepiscopi, comes Palatinus, Dux Saxonum, & rex Boëmiæ; isti sunt semper Electores Imperatoris. Et secundum Mathæum Parisiensem cum pervenitur in Chronica sua ad annum Domini 1250. ubi scribit, quod Imperator habet tres coronas, unam de auro [8] ratione imperii, aliam de argento pro Allemania, & terciam de ferro pro Italia. Et dicto anno ultimò prænotato, vel circiter, prohibitum est judicium, quod fieri solebat per ignem & aquam. Anno Domini 1003. anno regni [9] regis" Ethelredi **xxv**. rex Danorum Swanus, audita crudeli & traditoria morte Danorum in Anglia, clam cum
Fol. 97. a. magna classe in Cornubia applicans, & regis Ethelredi proditores ei subsidium suum, sed clam primo, & post plane præbebant. Primo Excestriam cepit. Quæ civitas ab Eaxe flumine nomen trahit. Capta civitate muros destruxit. Deinde deprædavit Shirburn, Wilton, & ad naves rediit. Anno sequenti in Estanglia applicans deprædavit Norwicum cum provincia circumjacente. [10] Tetfordiam incendit, & Danmarchiam rediit. Et inde sæ-

1. Enim fact. *C. C.* 2. *Deest C. C.* 3. Tunc Othonis *C. C.* 4. *Ita hæc concipiuntur.* 5. Romensis *C. C.* 6. Quibus imp. *C. C* 7. Domini *C. C.* 8. Romæ, *pro* ratione, *in C. C.* 9. *Deest C. C.* 10. Thetfordia *C. C.*

pius

pius exercitum mittens, tandem anno Domini 1013. rediens, plurima enormia faciens apud villam de [1] Geynsburgh imminente vespera in medio commilitonum suorum pugione Sancti Edmundi regis & martiris, quem viliter blasphemaverat, confossus est, sicque ille vociferans noctis crepusculo III. Non. Februarii obiit. Willielmus de Pontificibus lib. 2°. Canutus, filius dicti regis, Swani mortem & modum mortis audiens & videns, mitius deinceps cum Sancto Edmundo egit. Nam [2] fossatum" terræ suæ circumduxit, immunitatem ab omni præstatione concessit, basilicam super corpus martyris construxit, monachos instituit, prædia multa donavit. & abhinc inolevit, ut reges Angliæ coronas suas Sancto Edwardo mittant, quibus si uti voluerint, magno precio redimunt &c. Mortuo Suano, Dani Canutum ejus filium in regem erigunt. Rex Ethelredus in Normanniam cum uxore & filiis suis fugerat, sed per Anglicos revocatus rediit, promisso tamen quod benigniorem se Anglicis solito redderet, & in brevi Canutum de Lindeseia profugavit; qui apud Sandewicum in Cancia omnes obsides, quondam patri suo redditos, truncari fecit manus & nares, & tunc Daciam navigavit, & anno sequenti rediit, & partes australes Angliæ deprædavit. Danici exercitus si non coherceantur per capitaneos [3] suos," sunt ante bellum in rapinas prompti, & si non animentur sunt in bello ad fugam proni; & in pace sunt potatores maximi. Dani vexaverunt Angliam licet non continue, tamen sparsim, per ducentos & triginta annos. Crudelissimi pagani erant, & sequebantur eos facta crudelissima, puta feminarum in eorum adventu violenta defloratio, masculorum sine misericordia [4] interfectio, [5] omnium" commestibilium sine solutione devoratio, & singulorum potuum epotatio, omnium rerum, quæ vehi poterant, in exitu spoliatio, & in recessu domus cum omnibus in ea relictis incensio & incineratio; & omnium Anglorum in eos proicebatur maledictio. solum fuga ab eis erat Anglorum defensio. Dani vero primo vene-

Gaynsburght. M.

Ethilredus rex confossus in acie periit. M.

Canutus filius regis Swani. M.

Fol. 97. b.

1. Geinsbagh *C. C.* 2. *Deest C. C.* 3. *Deest C. C.* 4. Interfectionum *C. C.* 5. *Deest C. C.*

runt

runt [1] hoſtiliter in Britaniam anno Domini [2] *787.* prædationis cauſa, & regis præpoſitus eis obvius occiſus eſt. Rex Ethelredus obiit IX. Kal. Maii Londoniis, & ibi apud Sanctum Paulum ſepultus eſt. Tunc diviſum eſt regnum.

Rex Edmundus. M.

Multi [3] Canuto fidelitatem dederunt, & ipſe eis fidelem dominum eſſe promiſit. Alii elegerunt Edmundum Yronſide, ingentis molis & maximæ fortitudinis hominem. Tandem ipſo Edmundo Oxoniæ proditorie occiſo per media Edrici proditoris, comitis Merciorum, Canutus factus eſt rex totius Angliæ & eciam Danmarchiæ.

Canutus rex. M.

Circa hos dies anno Domini 1016. ante Epiphaniam Domini rex Danorum Canutus & Edricus proditor Merciam [4] hoſtiliter intraverunt, & multas in Warwicenſi provincia incenderunt villas. Warrewici deſtructæ ſunt duæ abbathiæ, una monachorum extra villam, unde in parco eſt via parcum diametraliter [5] ſecans, quæ uſque hodie dicitur **Abbey-lane**, ab abbathia ducens in partes patriæ ſilveſtres.

Danis Warwici deſtructæ ſunt duæ abbathiæ, una monachorum, altera eſt in porco via quæ hodie dicitur **Abbey-lane.** M.

Alia etiam abbathia erat in ſuburbiis orientalibus Warrewici feminarum, id eſt, monialium, ubi modo eſt eccleſia Sancti Nicholai; cujus eccleſiæ nunc chorus erat chorus monialium, & occupabat totum cimiterium ejuſdem eccleſiæ, cum magna parte hoſpitalis Sancti Johannis Baptiſtæ eidem adjacentis. Etiam Coventriæ deſtructa eſt abbathia monialium, cujus quondam abbatiſſa erat Sancta virgo Osburga, ibi modo nobili ſcrineo collocata, ubi in brevi poſt nobilis comes Merciorum Leofricus & domina Goditha uxor ſua nobile erexerunt monaſterium monachorum, & nunc eſt ſedes epiſcopalis.

Per Danos abbathia deſtructa eſt monalium Coventriæ. Ejus quondam abbatiſſa erat ſtatim virgo Oſburga, & etiam ejuſdem fundator fuit Leofricus comes Merciorum, qui contulit eandem in uſum monachorum. M.

Fol. 98. 2.

Videre etiam poſſumus ad oculum in villagiis juxta Warwicum, ubi circa maneria populi erant trucidati, ex ſanguine hominum ibi interfectorum herbam ebuli, id eſt, **Walwort**, habundanter creſcere, quæ [6] ex" ebullitione ſanguinis humani naturaliter originem trahit. Extincto proditorie rege Edmundo, tunc rex Canutus regnavit ſuper totam

Canutus rex fuit fundator abbathiæ de Eſſendum in Eſſex. M.

---

1. Hoſtilem *C. C.* 2. 797. *C. C.* 3. Edmundo *C. C.* 4. Hoſtilem *C. C.* 5. Cecans *MS.* 6. *Deeſt C. C.*

Angliam,

Angliam, & construxit abbathiam de Assendun in Essex & de Burgo Sancti Edmundi. Regnavit ipse circa XIX. [1] annos. Et post eum filius suus Haroldus Harfote quasi levis in cursu ut [2] lepus aliquis. Et post eum frater suus Hardeknutus, qui obiit quadam die Martis post Pascha. Isti Dani in Angliam induxerunt inmoderatum modum bibendi. Hardeknuto mortuo liberata est Anglia extunc à servitute Danorum. In cujus signum usque hodie illa die, vulgariter dicta **Hoxtuisday**, ludunt in villis trahendo cordas partialiter cum aliis jocis. [3] Deinde" regnavit Sanctus Edwardus rex & confessor, apud Islyp juxta Oxoniam natus, qui regnavit annis viginti quatuor. Cujus quasi ultimis diebus obiit ille nobilis comes Leofricus ii. Kal. Octobris, & Coventriæ in monasterio quod construxerat sepultus est. Qui consilio venerabilis Godithæ uxoris suæ ditavit & reparavit monasteria de [4] Leomstre juxta Herfordiam, [5] Wenlock, Wigornia, Evesham, & in civitate Cestriæ duas ecclesias, videlicet [6] Sancti" Johannis Baptistæ & Sanctæ Werburgæ. Ad [7] jugem quoque instantiam prædictæ nobilis uxoris suæ urbem suam Coventriæ ab omni tolneto præterquam ab equis liberam fecit. Ad quod impetrandum uxor ejus Godgiva vel Goditha prædicta quodam mane per medium urbis nuda sed comis propriis tecta equitavit. Hujus sancti regis diebus Sanctus Wulstanus apud Longam Ychyngtonam in comitatu Warrewici natus factus est episcopus Wigornensis. Sanctus Edwardus erat vir proceræ staturæ, barba & capillis [8] cigneus, facie roseus, toto corpore lacteus, membrorum habitudine optime dispositus. Abbathiam Westmonasterii dirutam sumptuose reparavit, ditavit, & privilegiis roboravit. Sed hîc quia aliquid memoriter habeo de Hardeknuto, de quo sum præloquutus, igitur (quamvis præter ordinem) non est prætereundum. Rex Hardeknutus tercius Danorum in Anglia, throno regio vacante, erat cum matre sua in

Rex Haroldus. M.

Rex Hardeknutus. M.

Hoxtewsday. *M.*

Sanctus rex Edwardus apud Islip juxta Oxon. natus est. M.

Fol. 98. b.

Wulstanus episcopus Wigorniæ. M.

---

1. Annos. Filius suus rex Haroldus dicebatur Harefote, quia levis *C. C.* 2. Lepus. Frater suus Hardeknutus rex proxime in regno successit. Isti Dani in Angliam *C. C.* 3. *Deest* *C. C.* 4. Leonist *C. C.* 5. Wentloke, Wigorum *C. C.* 6. *Deest* *C. C.* 7. Ingentem *C. C.* 8. Agneus *C. C.*

Flandria: Anglorum vocatione per nuncios desideratus ab omnibus venit in Angliam. Omni tripudio coronatus tribus annis regnavit, nil tamen gloria dignum egit. Corpus regis Haraldi nuper sepulti ex invidia exhumatum decapitari jussit & in Thamisiam proici, sed piscatores corpus inventum ad Danos attulerunt, & ab eis honorifice sepultum est. Multa post ipse rex Hardeknutus detestanda fecit. Tandem quadam feria tercia post Pascha subito obiit, in totius Angliæ maximum gaudium. In cujus signum, ut prædixi, annuatim ipsa die dicta [1] **Hokday** pro morte ejus & liberatione Anglorum à Danica servitute. Jam continuando subsequentia præcedentibus, rex Haraldus, cujus sororem Sanctus Edwardus rex & confessor duxerat in uxorem, mortuo rege ipso Sancto Edwardo in vigilia Epiphaniæ intrusit se in [2] regium statum, & crastino, *viz.* die Epiphaniæ, solempniter coronatus est. Hiis diebus Anglici parvis bassis & abjectis domibus utebantur [3] cum victualium habundantia. Vestibus etiam solebant uti protensis ad medium genu, brachiis oneratis armillis aureis. E contrario Franci & Normanni amplis & superbis ædificiis modicas agebant expensas, sed in cibariis delicati. Tunc erant Anglici veste superiori ad medium genu expediti, crines tonsi, barbis in superiori labio nunquam rasi, exceptis solum presbiteris, armillis [4] etiam aureis brachiis onerati, [5] puturis stigmatibus cute insigniti. In cibis [6] urgentes crapulam, in potibus irritantes vomitum. Pugnabant Anglici baculis & bipennibus: Normanni ensibus & sagittis. Gerlok, ducis Willielmi soror, erat comitissa Pictavensis. [7] Rex Willielmus conquestor regnum Angliæ adeptus est, secundum Mathæum Parisiensem in Cronica sua, anno Domini 1067." Rex Willielmus conquestor post conquestum cum obsidibus de Anglicis in Normanniam transmeavit. Quibus incarceratis & sub [8] arta custodia [9] positis, ad Angliam denuo remeavit, &

Margin: **Hokes-Day**, alias **Hokes-Tuesday** sic dicebatur liberatione Danaïcæ servitutis ab Anglicis. M.

Margin: Fol. 99. a.

Margin: Rex Willielmus conquestor fundavit castrum apud Notingham, & aliud in comitatu Eborum, & duo apud Lincolnia. M.

---

1. Hokday, vel Hokes-Tuesday, pro morte *C. C.* 2. Regni *C. C.* 3. Tamen *pro* cum *in C.C.* 4. Autem *C. C.* 5. Pictas stigm. *C. C.* 6. Vigentes *C. C.* 7. *Desunt C. C.* 8. Arcta *C. C.* 9. Ponitis *C. C.*

jam

jam deo irato tyrannizans commilitonibus suis Normannis terras Anglorum, qui se sponte dederant, ingrati more distribuit, & modicum illud quod [1] remanserat sub jugo posuit perpetuæ servitutis, & Angli nobiles multi jugum suum non ferentes sponte recesserunt in Scotiam, Daciam, Norwegiam, Hiberniam, & alia loca, ingratissimi tyranni dominium respuentes, alia regna nobilium Anglorum sanguine purpurantes. Sed rex Willielmus tarde, in obitu videlicet, hæc considerans intime doluit; Willielmo Rous filio suo, sibi inmediate successuro, sub amissione benedictionis præcepit, ut Anglos, quos crudeliter & veluti ingratus male tractaverat, mitius confoveret; tamen post adeptionem regni ad castra construenda totam Angliam [2] satigebat. Hoc anno, videlicet anno Domini 1068. secundo anno regni sui, fundavit castrum apud Notyngham, & aliud apud Lincolniam, & duo apud [3] Eboracum, & eodem anno Matildis, uxor regis Willielmi, à Normannia in Angliam veniens coronata est in reginam Angliæ. Anno proximò sequente, concilio [4] Wintoniæ celebrato, papa Alexandro secundo annuente, præsentibus duobus cardinalibus, degradatus est Stigandus, archiepiscopus Cantuariensis. [5] Depositi eciam sunt in eodem concilio plures episcopi & abbates, rege id procurante pro eis Normannos inducendo. Anno quinto post conquestum Robertus de [6] Oyly cœpit ædificare castrum Oxoniæ, videlicet anno Domini 1071. Urso de Abtot, quo anno nescio, construxit castrum [7] Wigorniæ, & Thurkillus" de Warwyk ampliavit castrum de Warwyk jussu regis. Et, ut habetur in Recepta [8] Scaccarii in libro qui Domesday intitulatur, pro castro Warrewici [9] elargando [10] dirutæ sunt XXVI. tenementa abbatis Coventriæ. Apud Warrewyk erat tunc abbathia, sed nunc est prioratus, & episcopus in loco abbatis, & sub eo prior. Warrewici etiam facta fuit fossatio pro præcinctu murorum villæ, & portæ regiis sumptibus erectæ, & quidam nobilis de Normannia promotus ibi

Fol. 99. b.

Castrum. M.

Robert Obbey cœpit ædificare castrum apud Oxon. M.

Fol. 100. a.

Burgus Warwici comes. M.

1. Remansit *C. C.* 2. *Sic.* 3. Eborum *C. C.* 4. Wintoniensi *C. C.* 5. Deponiti autem *C. C.* 6. Oyby *C. C.* 7. *Desunt C. C.* 8. Scaccarii apud Westmonasterium in libro *C. C.* 9. Elargiendo *C. C.* 10. *Leg.* diruta.

est in comitem. Habuit ex dono regis comitiæ suæ [1] annexæ dominium ipsius burgi Warwici cum pertinentiis & libertatibus per cartam regiam, ut erant dum coronæ ipse burgus pertinebat. Ille comes nominabatur Henricus [2] de Novo burgo, quia in tali castro Normanniæ erat natus. Fuit ipse filius Rogeri de Bello monte, comitis de Bello monte in Normannia. Erat hiis Henricus regum consanguineus Sancti Edwardi in tercio gradu, & Willielmi Conquestoris in quarto gradu, vir justus &

Shira. M.

sanctus. Quælibet tunc shira habuit comitem vel nobilem baronem à shira sua nominatum. Rex Willielmus

Willielmus Conquestor thesauros ecclesiasticorum extorquebat. M.

Conquestor, secundum Mathæum Parisiensem, anno Domini 1070. anno regni sui IIII°. vel quinto diabolico excitatus spiritu thesauros ecclesiasticorum totius regni extorsit, immo [3] etiam nec feretris pepercit Sanctorum aut calicibus. Episcopatus, [4] & abbathias omnes, quæ baronias tenebant, & eatenus ab omni servicio seculari libertatem habuerant, sub servitute statuit militari, inro-

Fol. 100. b.

tulans episcopatus & abbathias pro voluntate sua, quot milites sibi & successoribus suis hostilitatis tempore voluit à singulis exhiberi. Tunc [5] propter occultas insidias Anglorum in Normannos inolevit usus, ut in domibus [6] gesa clave & securi parietibus & postibus appenderentur in festinæ [7] defectionis refugium. Fugerunt eo [8] temporis multi nobiles Anglorum in Scotiam, unde adhuc Scotia cum terris adjacentibus [9] primitivo nobilium Anglorum sanguine purpuratur. Et in Anglia qui more Trojanorum & aliorum Orientalium barbas nutrierunt, exemplo Normannorum [10] eos raserunt, & crines ad humeros crescere permittebant. Fecit eciam rex [11] Willielmus anno regni sui XXI°. totam Angliam [12] describi, quantum terræ quilibet Baronum suorum possidebat, quot feodatos [13] milites," quot carucatas, quot villanos, & vexata est terra multis cladibus inde provenientibus. Et redacta est dicta descriptio in unum volumen, ut sæ-

1. *Leg.* annexum. 2. De Novo burgo sic dictus, quod in tali *C. C.* 3. Autem *C. C.* 4. Autem abbathias *C. C.* 5. Papa ecclesias insidias *C. C.* 6. Gela *C.C.* 7. Defensionis *C.C.* 8. Tempore *C.C.* 9. Primiuntio *C.C.* 10. *Leg.* eas. 11. Willielmus conquestor anno *C.C.* 12. Disturbi *C.C.* 13. *Deest C.C.*

pius

pius vidi, & posita est in archivis regiis. Nomen libri est **Domesday**. Monasterium fundavit in Cadamo, ubi sepultus est inter monachos, & regina sua aliud fundavit monasterium ibi extra muros, ubi & ipsa sepulta est inter moniales. Fundavit etiam ipse in Anglia monasterium de Bello, ubi interfecit regem Haroldum, & Barnsey secundum quosdam, & collegium Sancti Martini infra Londonium, modo dictum **Seynt Marten grant**, locum privilegiatum; & est locus refugii illuc concurrentibus. Iste rex Judæos à [1] Rothomago in Angliam transtulit moraturos. Ipse [2] etiam usum longorum arcuum & sagittarum in Angliam primus inducebat, cum eis Angliam conquestione vincens. Nam in exhortatione sua ante bellum vocabat Anglicos homines sagittis carentes. Anglici vero in illo bello in uno globo diu steterunt. Ob hoc præcepit rex Willielmus suis, ut quidam recte, quidam sursum, sagittarent. Quo facto, sagittæ sursum emissæ destruxerunt Anglicos tunc incurvatos: & quæ recte mittebantur percusserunt eos qui recte stabant; & [3] sic" percussus est per oculum in cerebrum rex Anglorum Haroldus, & sic sagittæ erant causa victoriæ Normannorum, & confusionis & ruinæ Anglorum. [4] Ipse eciam rex apud Novam forestam in Sowthamptoniensi provincia ad spacium xxx. miliarium villas & ecclesias eradicans feras instituit, pœnas limitando, ut qui feram raperet oculum amitteret, qui mulierem vi opprimeret [5] gemtatibus [6] careret. Conquestore mortuo successit filius suus rex Willielmus secundus, cognomine Rufus, Gallice Rows, vir in toto animosus. Hic fecit novum episcopatum apud Caerlele, canonicos ibi ponens regulares de ordine Sancti Augustini; vel, si alia erat religio, modo pro certo sunt illius ordinis. & ipsam civitatem muris fortificavit. Erat etiam præcipuus benefactor abbathiæ Sanctæ Mariæ [7] Eborum. Circummuravit [8] etiam

Fol. 101. a.

Jewes came in out of Cane in Normandie with William Conqueror. *M.*

Willielmus Rufus, alias Rows, rex fuit Angliæ, fecit novum episcopalem apud CarelileCanonicorum, erat præcipuus benefactor abbaciæ Sanctæ Mariæ Eborum. M.

Fol. 101. b.

---

1. Rothomagensi *C. C.* 2. Autem *C. C.* 3. *Deest C. C.* 4. Iste rex *C. C.* 5. *Lege* (*cum C. C.*) genitalibus. 6. Careret. Huic successit *C. C.* 7. Eboraci *C. C.* 8. Autem *C. C.*

turrim

turrim Londoniarum, & de novo fecit magnam aulam Westm. quam completam cum primo vidisset, "Si in "duplo largior fuisset, tunc aliquid fuisset, sed modo "nichil est," dixit. Proposuit eam ordinasse pro camera. Iste rex obiit sine prole proprii corporis [1] legitimo. De aliis mentionem non facio, quia de facto erat vir valde incontinens. & quanvis ejusdem cognominis fuero, Rous videlicet cognominatus, non tamen ab ipso linealiter descendere præsumo nec nego, [2] sed sub dubitatione relinquo." Venerunt generosi illius nominis cum conquestore in Angliam, & vix est in Anglia unus comitatus vel [3] nullus quin in illo de generosis aut plebeis sunt illius cognominis incolæ & indigenæ, quidam de ipso, quidam de aliis illius nominis linealiter descendentes. Istius regis tempore erat in usu nova inventione abusio vestium, [4] lux crineum, & horribilis aspectus sotularium rostratorum, id est, cum arcuatis aculeis. Solebant tunc homines gressus frangere, [5] gesto soluto & latere nudo incedere. Habuit iste rex Willielmus corpus quadratum, colorem rufum, crinem sufflavum, frontem [6] fenestratam, oculos varios quibusdam intermicantibus guttis, non magnam staturam sed ventrem paulo [7] productorem, eloquentiam nullam sed notabilem linguæ titubationem, præcipue iratus, & erat magni roboris. Circa hæc tempora Robertus filius Haymonis, comes Gloucestriæ, castrum Bristolliæ fundavit cum prioratu Sancti Jacobi, & conquestus est in Wallia provinciam Glamorganciæ, & illis partibus fundavit castrum de Caerdeffe. Est modo villa præter castrum bene murata. Non multo post Henricus de Novo burgo, comes Warrewici & Novi burgi, [8] conquesivit gladio super Wallenses terram quæ dicitur Goherland. Et, præsidente papa Paschali, ordo Canonicorum regularium florere cœpit, qui ab apostolis incepit, & à beato Augustino sub regulis ordinis stabilitus fuit. Iste rex Willielmus bannivit à regno in perpetuum exilium Sanctum Anselmum Can-

Descriptio Rufi. M.

Fol. 102. 2.

Robertus Haymo castrum Bristolliæ fundavit. M.

Castrum de Caerdeffe. M.

Burgus conquisivit Gotherland. M.

1. *Sic.* 2. *Desunt C. C.* 3. Nullius *C. C.* 4. *Forte*, luxus crinium. *Sed* luxus civium *in C. C.* 5. *Lege*, gestu. 6. *F.* fenestratam. *Sed* fenestratans *in C. C.* 7. *Lege* (*ut in C. C.*) productiorem. 8. *Leg.* conquisivit.

tuariensem

tuariensem archiepiscopum, videlicet anno Domini M. [1] LXXXVIII°. Urbanus secundus papa statuit horas beatæ Mariæ cotidie infra vel extra chorum dici, & commemorationem ejusdem in die Sabbati, si commode fieri posset, celebrari. [2] Festum" etiam conceptionis beatæ Mariæ hiis diebus incepit ab ecclesia celebrari, sed tempore regis Edwardi secundi anno Domini 1327. per archiepiscopum præceptum est solempniter celebrari. Diebus [3] etiam hujus regis inceperunt ordines Cartusiensium & Cisterciensium per quendam Anglicum, nomine Stephanum Herdigun, & Templariorum. Habuit iste rex Willielmus Rous, sive Rufus, filius Willielmi Con- Fol. 102. b.

Ricardum

questoris, tres fratres, Robertum ante se natum, Rodum, & Henricum. Horum pater, ut superius scripsi, novam fecit forestam juxta Southampton, villis & ecclesis destructis, [4] hominibusque expulsis, & feris bestiis in suum pro tempore solatium inductis. In cujus rei vindictam, secundum Willielmum de regibus, de regio sanguine ibi miserrime perierunt rex Willielmus, primi Willielmi in regno Angliæ successor inmediatus, sagitta lætaliter percussus, & sine aliquo sacramentorum ecclesiæ miserabiliter obiit, & nepos suus Ricardus, ex fratre seniore Roberto duce Normanniæ, qui gratia [5] venationis in ipsa etiam Nova foresta pro recreatione illuc transierat, aiere nebuloso infectus est ita graviter quod inde obiit, vel, secundum alios, erat sagitta percussus. Ricardus, tercius filius Conquestoris, collum trajectus, vel, secundum quosdam, per fluxum crinium arboris [6] ramunculo equo transeunte per crines suspensus erat. Plures hoc ex vindicta dei contigisse credunt, eo quod rex Willielmus Conquestor, ut supra sæpius scripsi, triginta villas cum ecclesiis parochialibus & capellis pro feris nutriendis destruxit. Horum [7] misere in dicta foresta destructorum erat rex Willielmus secundus, qui dum staret in loco [8] apto" pro feris sagittandis, videns feram non procul altri militi, nomine Waltero Tirel, præcepit [9] militi,"

Rex Willielmus 2us. sagitta percussus, unde obiit. M.

Fol. 103. a.

Miles Turel sagitto [sic] regem Willielmum percussit. M.

1. 68. C. C. 2. Deest C. C. 3. Autem C. C. 4. Hominibus exp. C. C. 5. Venandi C. C. 6. Ramiculo C. C. 7. Miserrime C. C. 8. Deest C. C. 9. Deest C. C.

"sagitta

"sagitta diabole." Miles attonitus ex aspero verbo regis, & sagittans percussit regem pectus ejus perforando, & sine aliquo verbo salutis animæ obiit rex. Fugit miles nemine sequente, secundum Mathæum Parisiensem. Miles ergo Walterus, immo Diabolus per militem, vel specie militis fugit, rege jam mortuo, nec amplius apparuit. [1]Similiter milites & venatores hoc comperientes in partes fugerunt. Aliqui vero in crastino quos rex educaverat [2] redeuntes, corpus regium, ne à bestiis aut volucribus devoraretur, diligenter in loco, ubi credebatur occubuisse, quærunt, & invenerunt illud miserabile cadaver in sanguine proprio tabefactum. Accito [3] ergo carbinario, quem in silva illinc quantum arcus terræ potest jacere audierunt [4] ligna securi converrentem, & imposuerunt super bigam ejus, quam habebat parvam & fragilem, uno caballulo [5] tractam macilento, corpus regis, & illud silice & quisquiliis cooperuerunt. Et dum ille pauper cum tristi onere suo lacum unum admodum lutosum, quem vulgares [6] **Wasele** appellant, niteretur
Fol. 103. b. pertransire, confracta biga, & deficiente debili jumento, cecidit cadaver in medio luti, ita quod undique [7] fœderetur vel inmergeretur. Pauper igitur clam [8] affugit, & volentibus illud asportare dereliquit milites, qui corpus sibi assumpserant [9] timulandum, lectica, feretro, & omni carentes vehiculo, quo modo corpusculum cruentum secum asportarent nescientes, licet non honorifice, ut tamen potuerunt, Wintoniam adduxerunt, & tumulaverunt. Et ubi iste rex ita misere interiit, ut fertur, stetit olim ecclesia, & Ithen vocabatur locus vel illa provinciæ Hamptunensis plaga. Ecce [10] quanta mala prærecitantur propter hanc in Nova foresta villarum & ecclesiarum destructionem. Unus rex, duo regis filii, & filius nobilis principis manu [11] vindictæ Dei miserabiliter interierunt. Et tamen hoc factum [12] celerosum pro rei publicæ utilitate intentionaliter factum est. Nam rex

1. Scilicet milites *C.C.* 2. Redentes *C. C.* 3. Ergo quodam carbinario *C. C.* *Pro* carbinario *vero reponendum est* carbonario. 4. Lingua *C. C.* 5. Trahentem *C. C.* 6. Waseto *C. C.* 7. *Leg.* fœdaretur. 8. *F.* aufugit. 9. *Sic.* 10. Quinta *C.C.* 11. Vindictione *C.C.* 12. *Lege* (*cum C.C.*) scelerosum.

Williel-

Willielmus Conquestor considerans periculosum fore Normanniam sine magnæ nobilitatis capite diu persistere, ea igitur intentione ipsam partem Angliæ forestavit, sive forestam fecit, videlicet circiter ad triginta miliaria in longitudine juxta litus maris australis versus Normanniam, ut ipse & sui heredes pro delectatione venandi in illis partibus libentius moram traherent, & si casus Fol. 104. a. requireret in Normanniam citius manu armata [1] pervenirent contra hostes dimicaturi. Nam mare vento favente in brevi [2] transcurrerent ad terrorem hostium suorum, solamen & auxilium transmarinorum. Cum vero, [3] secundum Philosophum libro de causis, omnis virtus unita fortior est seipsa dispersa, & cum hoc [4] magna" nempe erat dicti regis potentia Anglicis & Normannis ad unum finem unitis, pro illa igitur unione fortitudinis contra hostes servanda fortitudine hanc villarum destructionem procuravit, & tamen hoc factum in se multum Deo displicuit, ut superius per manifestam punitionem ostensum est. Quid ergo dicemus de moderna villarum destructione, quæ omni rei publicæ utilitate caret, sed etiam ei multimode lædit & finalem ejusdem destructionem minatur? Causa hujus tanti mali est cupiditas. Nam pestis avaritiæ modernos infecit, & avaritia eos cœcavit. Non sunt Dei sed Mammonæ filii. De hiis & hujusmodi commemorat dominus in Evangelio Math. vi. dicens: "Nemo potest duobus dominis "ad utriusque complacentiam debite servire." & ibi ipsi domini nominatim recitantur, scilicet Deo & Mammonæ. Mammona iniquitatis suos ducit ad interitum. Apud avaros pro fundamento est illud commune dictum,

———— *semper tibi proximus esto.*

Et hoc in hujus mundi sapientibus modo radicatur. Sed Fol. 104. b. non attendunt [5] ad illud quod super adderetur," [6] hoc videlicet, quod factum tuum non displiceat Deo, nec noceat proximo. Respublica præsupponit semper, secun-

---

1. Pervenerunt *C. C.* 2. Virorum *C. C.* 3. Secundo libro Philosophi *C. C.* 4. *Deest C. C.* 5. Ad illud fraudaretur &c. ut patet in libro hujus Historiæ, & propter prolixitatem relinquitur *C. C.* 6. *Desunt omnia in C. C. usque ad* O! filii avaritiæ finite villas &c. *fol.* 108. *b.*

dum antiquos nobiles philosophos & legum conditores, talem ordinem, primo honorem Dei, secundo utilitatem communem, & tercio privatum proficuum. Et sic concludebant philosophi & legum conditores apud gentes, Quod res publica est ante omnes res privatas præferenda. Et licet non eisdem verbis, tamen primo Ethicorum capitulo primo in fine sic plane scribitur in textu, "Melius & perfectius quod Communitatis videtur suscipere & salvare. amabile quidem uni soli, melius vero & divinius genti & communitati." Unde Avicenna primo Physicorum sic ait: "Natura multum curat de specie, sed parum de individuo." Ex hiis plane evidet, quod quia natura naturans est Deus, sed natura naturata est omne individuum, adeo commune bonum semper debet singulari proficuo præferri. Unde ait Albertus Magnus, "Magis procurandum est bonum commune quam quodque bonum privatum." Modo contrario agentes isti villarum destructores à numero virtuosorum merito excluduntur, & non sunt honores eis ex debito conferendi, cum, secundum philosophum primo Ethicorum tractatu tercio, Honor est præmium virtutis. Unde
Fol. 105. a. solum virtuosi honorari promerentur. Nec tales avari rempublicam perturbantes per avaritiam pro suo proprio lucro aliis nocentes debent dici virtuosi quam serpentes venifici boni auxiliatores nobis proficui appellari. Ipsi vero antiqui philosophi erant viri semper ad virtutes dispositi, omni avaritia semota Deo, quem primam causam vocabant, devotissimi, & utilitati communi verbo, informatione, & opere quantum valebant totaliter dediti, de eorum singulari proficuo minime curantes comparative, & illud pro eorum proficuo autumabant quod universali vel communi bono proficiebat. In hoc eorum lex erat lex naturalis, [1] quia Deo natura dictante ita agere incitabantur. Quantum igitur in eis erat rei publicæ semper proficiebant. Res publica est utilitas mundana sine dampno optime conservanda. Pro utilitate totius mundi passus est Christus, & in hoc sequebantur eum sancti martyres. Nam pro jure ecclesiæ Anglicanæ

1. *F.* qui à Deo.

passus

paſſus eſt ille glorioſus martyr Sanctus Thomas, olim Cantuarienſis archiepiſcopus, & ſic circumquaque in mundo innumerabiles utriuſque ſexus Chriſti veſtigia ſequuti ſunt. Quam meritorium igitur eſt pro re publica vires exponere ex Chriſti actubus, ſuorumque ſanctorum Fol. 105. b. martyrum veſtigiis exemplaribus facile eſt ſcire. Utinam iſti deſtructores villarum & earum mutulatores attenderent Chriſti ſalvatoris noſtri exemplo, qui, ut teſtatur in Evangelio Lucæ XIX. "veniens ipſe dei filius Chriſtus "Jeſus, & intuens civitatem Jeruſalem flevit ſuper eam, "condolens ruinæ ejus, & dolendo prophetavit dicens, "Proſternêris & non relinquetur in te lapis ſuper lapidem." Ipſe doluit de ipſius civitatis deſolatione ventura per Titum & Vaſpaſianum: & moderni deſtructores & mutulatores gaudent. Chriſti dolor eſt eorum gaudium. ſed eorum gaudium in futuro vertetur in luctum, juxta illud Sapientiæ, "Stabunt juſti in magna conſtantia adverſus "eos, qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores "eorum." Quid creditis, dicent tunc iſti deſtructores mutulatoreſque villarum liberis, tenentibus, & aliis quos [1]expulſerunt à domibus ſuis, & mendicitati, furto, & aliis hujuſmodi miſeriis expoſuerunt invitos. Pro certo tunc propria ſingulorum eorum conſcientia arguet eos, & dicent, "Væ! nobis miſeris, quia avaritia obcœcavit nos. "Deo non obedivimus, & inutiles mundo fuimus. Deus "ordinavit mundum pro multis, & nos, aliorum profi-"cuo diminuto, quantum potuimus, omnia, quæ rapere Fol. 106. a. "potuimus, ad noſtrum uſum, aliis contemptis, appli-"cavimus, & quia immiſericordes fuimus, de illa ter-"ribili ſententia timemus, quod ſcribitur Jacobi ii°. "Judicium ſine miſericordia erit illi, qui non facit mi-"ſericordiam." Pars tunc eorum, niſi ſe emendaverint & ſatisfactionem hîc fecerint, erit vero cum Achab & Jeſabel, cum præpoſito Pariſienſi, & principe Lodowico Landegravio duce Thuringiæ, de quibus prælocutus ſum ubi tractavi de nobili rege Anglorum Aluredo vel Alfredo, laudabilis memoriæ viro. Et, ut mihi videtur, iſti avari prætacti ſunt mercatores peſſimi. Nam ſupponamus, quod hîc ſit rectoria, quæ ex veris decimis

1. *Sic.*

valet annuatim 20li. & cum rector non habet nisi decimam partem, tunc parochiani recipiunt nonies viginti libras, quibus pars rectoris conjuncta, ex toto resultant ducentæ libræ, hoc est, in toto trecentæ marcæ. Sed villa talis, ut æstimo, non vel vix annuatim potest extendere domino fundi reddendo centum marcas. Perdendo annuatim tunc de trecentis marcis ducentas marcas illaudabile mercimonium est. Forte dicit aliquis, quod considerato [1] reddito dicti fundi domino reddito, & lucro tenentium grasiatorum, resultans ex hiis est lucrum incognitum excedens lucrum villanorum prius incolarum ante inclusionem illius villæ. Ad hoc potest dici, quod
Fol. 106. b. hoc male videtur per eorum decimas, cum tales ecclesiæ sæpe reducuntur ad liberas capellas parvi valoris. Et sic pars Christi in multis diminuitur. Unde quod Christus haberet capit Diabolus, juxta illud commune dictum: "Quod non capit Christus capit fiscus." Et quamvis ita esset, quod majus lucrum esset in pasturis, pro certo est lucrum dampnosum, quia aliorum & multorum commoda sua faciunt. & quod magis placitum est Deo, fovere videlicet multos justos & fideles Iconomos cum uxoribus, prolibus, & familiis suis, in magno numero cum mendicis adventantibus, licet pauperes sint, quam tres vel paucos avaros, bona Christi fidelium inaniter consumentes, qui rempublicam destruunt. Quia sicut [2] magis bonum minori bono semper præponitur; ita communis utilitas singulari utilitati præfertur ex IIII°. Decretalium Rubrica *de regularibus & transeuntibus ad religionem*, capitulo *Licet.* Item si continuaretur (quod absit) hæc villarum destructio, sequeretur tanta pasturarum habundantia quod pasturæ forent nisi parvi valoris: & filii eorum in futuro multum læderentur eorum avaritia patrum. Et in tantum posset continuari, quod esset destructio totius regni, propter invalitudinem resistendi hostibus, quia si in extremitatibus regni, ubi solent hostes regnum invadere, villis destructis & incolis effugatis, ut modo fit, in [3] umbelico regni, de facto esset
Fol. 107. a. hostibus nostris multum facilior introitus, cum deessent

1. *Leg.* reddito. 2. *Leg.* majus. 3. *Sic.*

qui

qui primo in introitu eis resisterent, & à regno expellerent. Item secundum doctorem de Lira Thobiæ XIII. capitulo, "Benedixit Deus ædificantibus Jerusalem." Et, ut parum supra scripsi, Christus veniens Jerusalem flevit condolendo de destructione ejusdem futura per Titum & Vaspasianum. Hîc vos destructores villarum audite, Quid placuit Deo Jerusalem, & ex consequenti aliarum villarum destructio vel ædificatio? Constructores benedixit, propter destructores flevit. & vos in hoc casu ridetis & gaudetis, & veniet tempus quod gaudium vestrum vertetur in fletum. Et in multis locis sacræ Scripturæ habetur, quod [1] Deus per Sanctos prophetas inter minas ejus filiis Israel, eum peccatis ad vindictam provocantibus, una de specialibus minis erat, facere terram eorum desolatam. Et in hoc ostenditis vos spontaneos & manifestos ministros vindictæ Dei vicinis vestris. Et hoc extra tempus guerræ. & pejores estis hostibus extraneis, quia si ipsi vincerent & hîc habitarent, vellent destructa iterum construere. ut Dani fecerunt rege Kanuto post conquestum suum regnante, qui destructa reædificavit. Etiam & Saxones ante eos, fugatis Britonibus. Etiam Normanni in multis locis post conquestum eorum, & hoc præcipue in boriali plaga Angliæ. Sed vos moderni villarum destructores & mutulatores multo pejores estis illis, eo quod nunquam intenditis destructa renovare, sed pro imperpetuo ita relinquere, ad Dei Fol. 107. b. displicentiam & totius rei publicæ irrecuperabile dampnum, quia hoc regnum olim opulentum facitis (quod dolendum est) desolatum, pro precibus infinitas procurantes multorum Christi fidelium maledictiones, quæ pocius vos ad sempiternas quam ad supernorum lucem perducent tenebras. In villarum destructione quamplurima enormia efficiuntur. Præcinctus villarum infossantur, & sepibus circumdantur, & in quibusdam locis viæ regiæ obturantur, & in portis earundem debilibus personis ingressus & egressus negatur. Viri nempe fortes quid pro lutositate, quid pro portarum ponderositate & aperiendi difficultate egressus & ingressus eis vix permittitur.

1. *Non aliter hæc concipiuntur.*

titur. & ibi frequenter multæ miseriæ aguntur per ministros Diaboli. Et infra, ubi villæ erant inhabitatæ ecclesiæ & capellæ destruuntur, decimæ & oblationes adnichilantur, bona priora illarum ecclesiarum omnia sunt venalia, habitationes hominum diruuntur, meremium venditur, &, quod pejus est & contra jura regni Angliæ, sub titulo proditionis numeratur. Finaliter quod relinquitur igne comburitur. Sic nichil remanet [1]quod Deo, regi, vel rei publicæ remaneret durare permittitur. Et sic infelices actores infelicitatem toto regno procurant. Diluvio generali diebus Noë finito, octo tantum personæ de innumerabilibus [2] salvi fuerunt, aliis omnibus ob peccata sua justo Dei judicio submersis & diluvio deletis. Illis paucis benedictione data, dixit Deus, "Crescite, &
Fol. 108. a. "multiplicamini, & replete terram." Gen. 1. Sed in multis postea peccatis humana fragilitate & diabolica temptatione victis & contra Deum calcitrantibus, non subito punivit eos Deus, sed primo per Sanctos prophetas suos, verissimos voluntatis suæ præcones, ut ad eum redirent monuit, & si in rebellione persisterent eis minas intulit, quarum una præcipua erat, ut terras eorum populosas faceret desolatas. Has minas exequutus est Deus prima mundi ætate de terra inhabitata ubique generali diluvio submersa, & peccatis exigentibus erit terra finaliter desolata per ignem, & hoc pro avaritia medio tempore inter has duas terræ habitabilis desolationes, ut in multis locis sacræ Scripturæ evidet. Castigavit Deus plures peccatores, multas provincias faciens desolatas, ut Terram Sanctam per Diaboli filios. Quandoque per filios superbiæ, ut per Alexandrum Magnum & alios Conquestores. Quandoque per filios iræ, & hoc fit præcipue bello civili & intestino, ut inter cives & comprovinciales. Et quandoque fit per filios avaritiæ, ut sunt isti destructores villarum, ecclesiarum parochialium cum capellis annexis & cantariis. Omnes isti tres filii sunt filii Diaboli & heredes inferni. Nam ubi dixit Deus, "Crescite & mul-"plicamini," isti è contrario destruunt villas, & minuunt singularum provinciarum, ubi regnant, populum, & hoc magno vel sine numero. Isti rei publicæ inimici, &

1. *Ita hac.* 2. *Sic.*

connu-

connumerando & per suam infectam propagationem, secundum illud Ysaiæ IX. multiplicant gentem, sed non magnam lætitiam, immo potius lamentabilem generant dolorem. Ministri sunt isti malitiæ & confusionis, ministri vindictæ Dei suæque tremendæ ultionis, ministri mœstitiæ & nullius consolationis. Et sicut elemosinarii & rei publicæ promotores remunerabuntur æterna gloria; sic illi in futuro præmiabuntur gehennali perpetua pœna. Deus servos suos remunerat hîc & in futuro lætitia. Hii præcipue, qui patienter in Dei nomine sustinent adversa, rediunt ad Deum per bona opera, juxta illud Ysaiæ LXII. loquens sic genti Israëliticæ: "Non vocaberis ultra terra desolata, sed voluntas mea in ea & terra inhabitata." O! filii avaritiæ sinite villas & ecclesias parochiales cum capellis illæsas [1] persistere, ut voluntas Dei, juxta illud præallegatum Ysaiæ, & perficiatur in illis, & habitatio hominum consueta crescat ad [2] Dei" laudem & tocius rei publicæ [3] proficuum, & [4] salutare incrementum temporibus longe futuris. Quod Deus concedat. Amen. Ædificatores villarum & civitatum in perpetua memoria ad eorum sempiternum honorem commemorantur, sicut [5] Remus & Romulus pro Romæ prima ædificatione: Constantinus Magnus pro Constantinopoli: Brutus pro civitate Londoniarum: rex Leyr pro Leicestria: Gutelinus rex pro Warrwico: rex Ebrancus pro Eboraco: Claudius imperator pro Gloucestria: Coil rex pro Colecestria. Sic miseri destructores villarum nomina sempiterna adquirunt ad eorum vituperium, ut rex Cyrus destructa inclitissima civitatum antiqua Babilonia, ubi incepit confusio linguarum: Et Nero imperator pessimus pro civitatis Romanæ per conflagrationem devastatione horrenda. Non primos honore præferendo, sed alios malificos diabolica temptatione instructos sequuntur moderni villas destruentes & mutulantes. Quorum injuriam viri pacifici inæquiter tractati Deo caussas suas committentes promerebuntur cœlum: & ipsi eorum inimici nisi citius resipiscant, hîc & in

Fol. 108. b. (margin, at "generant")
Fol. 109. a. (margin, at "destructores")

1. Persisti *C. C.* 2. *Deest* *C. C.* 3. Proficium *C. C.* 4. Salutem *C. C.*
5. Romus *C. C.*

futuro

futuro sempiternum subibunt opprobrium. quod absit. Civitatum, urbium & villarum conditores, ecclesiarumque ac monasteriorum & aliorum locorum spiritualium fundatores per sua opera triplici modo sua perpetuarunt in laudem perpetuam nomina, ut, nominando civitates & alia loca à nominibus suis, ut satis parum supra scripsi & exemplificavi. Secundo modo clerici per libros suarum editionum. Tercio modo, ut per ymagines nobilium virorum per eorum successores in eorum laudem erectas. Sicut regis Ebranci, conditoris civitatis Eboraci in Eboraco, & sic in aliis locis, & magis in extraneis regnis quam hîc in Anglia. Etiam in nobilium virorum sepulchris ymagines suprapositæ defunctorum perpetuo repræsentant laudem & honorem. In ecclesiis [1] etiam fiunt opere [2] lapidio plurima tabernacula pro talibus ymagi-
Fol. 109. b. nibus infra ea situandis; unde in novo opere collegii de Wyndsor tam infra quam extra habundant talia tabernacula. Rogatus ergo à venerabili viro, magistro dicti operis, magistro Johanne Seymor in ultimis diebus egregiæ memoriæ regis Edwardi quarti, ut, ad complacentiam dicti domini regis, opusculum facerem de regibus & principibus ecclesiarum & civitatum fundatoribus, ut in tabernaculis ymagines eorum ad nominum eorum perpetuationem honorifice collocarentur; ad instantiam igitur dicti venerabilis mei, olim Oxoniæ conscolaris, & præcipue ad complacentiam dicti nobilissimi regis successorumque suorum animos exilarandos hoc opusculum aggressus sum, non tamen continuavi, aliis materiis impeditus. Sed postea audiens clamorem & murmur populi de villarum dilaceratione & destructione per rei publicæ grandes inimicos, à quampluribus incitatus sum ut contra eos ore & calamo insurgerem, & secundum posse meum [3] effectualiter laborarem. Et eo potius, quod longe ante noverant me contra eos multas congregasse objectiones, quas sub numero certorum articulorum posui in quadam [4] bulla, & publice optuli in
Parliamentum Coventriæ. M. Parliamento Coventriæ post campum de Ludlow anno Domini M. CCCC. LIX. in Termino Michaëlis. Sed erat

1. Autem sunt *C. C.* 2. *Sic.* 3. Effectualem *C. C.* 4. *Forte,* billa.

labor

labor meus totaliter tunc incassum & sic pluribus parliamentis post fuit communicatio de prædicta materia, sed non ad effectum. Hinc est quod in hoc opusculo ostendam materiam prædictam, ut frequens lectura ejusdem à nobilibus eorum corda incitaret ad Dei laudem & rei publicæ magnum proficuum. Item Saxones in suo primo adventu in regnum, devictis Britonibus secundum Chronicas, diviserunt regnum in comitatus, quos Anglice vocamus Shires. Et diu post rex Aluredus, aliter Alfredus, divisit comitatus in hundredas, & quælibet hundreda continebat centum villas, & à numero centenario hundredæ nominantur. Et hoc numero deficiente non habetur nomen verum hundredæ, sicut libra, quæ ex viginti solidis, & marca ex quadraginta grossis. Sed demptis xx. denariis de viginti solidis fit residuum non Fol. 100. a. libra, & si de marca tantum dematur fit non marca. Sic æquali ratione demptis villis ad numerum de hundreda, & aliqua de hundreda fit non hundreda, nec quæ relinquuntur si numerentur habent in veritate nomen hundredæ. Videamus modo quot villæ in antiquis veris hundredis per inimicos rei publicæ modo delentur & destruuntur. Pro certo soli Deo notum est. Paucior tamen est numerus quam solebat. Tamen non conquestu extraneorum, sed indigenarum regni super dominum suum regem per istarum villarum dirutores. Et sic isti hostes regni [1] intrincici triumphant de domino rege, [2] conquerentes magnam partem regni sui, villas & hamelectas, fidelibus regis subditis ignominiose & violenter effugatis. Auferunt [3] etiam & diminuunt grana per destructionem telluræ. Unde, secundum Barnardum Silurium de dispositione rei familiaris, illi & omnes avaritiæ amatores vel procuratores sunt, quantum in [eis] est, pauperum homicidæ, & sunt destructores victus humani, unde dominus rex & sui fideles subditi viverent, [4] & sic causant caristiam ob granorum præter solitum paucitatem & parcitatem, & in caristiis pauperes non possunt ad precium granorum attingere, & ideo fame sæpe moriuntur. Mer-

1. *Sic.* 2. *An* conquirentes? 3. Enim *C. C.* 4. Etiam causæ caristiam ob graciorum præter *C. C.*

catus [1] etiam deſtruuntur ob paucitatem hominum fugatorum, qui ſoliti erant eſſe emptores ab artificibus & venditores granorum & animalium nutritorum inter eos & aliarum rerum, [2] quarum apud eos erat copia. Et ſic deſtructis villis & hamelectis deſtruuntur mercatus, civitates, iconomi, & artifices, [3] & ex conſequenti totum regnum ſi eorum cupiditas continuaretur & remedium non apponatur. Videamus numerum villarum nunc deſtructarum in partibus auſtralibus comitatus Warwici, & ſi ſolum incolæ earum, ut ſolebant, venirent ad mercatum, ſufficerent magnum forum per ſe facere, & ſi adderetur eis numerus eorum qui modo ſuperſunt, augeretur & forum. In patria mea juxta Warrewicum ubi originem traxi, infra XII. vel paulo amplius miliaria deſtruuntur villæ & hamelectæ, Hatton ſuper Albanam, Fulbroke, Stokhull, [4] Rykmersbury, Wodlow, & uterque Wodcote, ſuperior & inferior, Hurſt, Crulfold, Fynham, Milburn, Boſworth, [5] Emyſcote, Neuboldcomyn, Hethcote, [6] Muyton, Naſpis, Lee juxta Berford, Neubold Peccy, Kyngſton alias Cheſturton Parva, Cheſturton Magna, [7] Cumpton, Murdok, Hodnyl, Aſcot, Rodburn, Wover, Caldcote, Wulhampcote, Cherlcote fere tota imparcata, Morton, Merhul, Salemorton, Kyght, Herdwyk, Hunſtanſcote, Weſtcote, Cumpton Shorſen, Stoke, Foxcote pro magna parte, Norton, Weſton, Chelmyſcote, Milcote, Burmynton Parva, Brokhampton, Thornden, Goldicote, Rodbroke & Redburn, Utlicote pro magna parte, Billiſley, Truſhell, Canſton ſuper Dunſmore, Bykmerſh, Wollinton, Nedon juxta Honyburn, Alſcote juxta Stretford, tres Diſhford, Homburn mutulatur, Alſcote juxta Stretford, Baddiſley Clynton quæ pro magna parte noviter imparcatur, Church Charwelton in confinibus Warwici & Northamptoniæ, ubi ſolita erat & ſana ac ſalubris hoſpitatio itinerantium à Warrwico & aliis locis verſus Londonias, & nunc itinerantes coguntur à ſolita recta via deviare ad inferio-

Fol. 110. b.

1. Autem *C. C.* 2. Quarum rerum apud *C. C.* 3. Et exern̄ : malitiæ totum regnum *C. C.* 4. Rickmersbia *C. C.* 5. Emyſtone *C. C.* 6. Miniton *C. C.* 7. Campton *C. C.*

rem

rem Charwelton, quæ [1] etiam in magno periculo ſtat per tales cupidos totaliter deſtrui, & pene deſtruitur. Omnes iſtæ villæ prærecitatæ aut deſtruuntur aut mutulantur, quod dolendum eſt. Et, ut vidi ſub Recordo de quibuſdam iſtarum villarum VII. & VIII. anno regis Edwardi poſt conqueſtum primi, quot tenuras tunc habebant hîc ſubinferam. Wodcot ſuperior habuit XIII. inferior XIIII. Cherlcote LVII. nunc VI. vel VII. cum rectoria & manerio. Cumpton Mordak nunc ſolum manerium & eccleſiam, olim de liberis & nativis XXVII. tenuras & præter bona rectoria cum manſione ſua. Kynton, aliter Cheſturton Parva, olim XI. tenuras, Compton Shorfen olim LXIII. modo [2] nullus. capella deſtruitur & ſpoliatur. Cheſturton Magna manerium nunc ſupereſt & LXXIX. ab antiquo, de quibus vix III. ſuperſunt. Item [3] per" aliud Recordum, Hurſt olim XIX. tenuræ, nunc una domus. Fynham olim XII. tenuræ, nunc ſolum [4] IIII. vel V. Crulfeld olim XII. tenentes, nunc ſolum grangia. Wulfard Parva olim habuit [5] XLIII. tenentes, nunc vero pauci. Billſley Truſſell, omnibus expulſis, ſolum manerium, quod dolendum eſt, remanet. Baddiſley Clynton per parcum noviter imparcatur. Canſton ſuper Dunniſmore in parochia de Dunchurch olim erat villa, ſed nunc eſt ſolum grangia abbatis de Pypwell ex dono comitum Warwici, & modo eſt ſpelunca latronum & homicidarum. De lucro clauſuræ gaudent monachi, ſed de furto ibi per clauſuram illam commiſſo triſtantur deſpoliati. Vox ſanguinis ibi occiſorum & mutulatorum vindictam annuatim clamitat ad Deum. Via periculoſa eſt, & eſt alta & communis via inter civitatem Londoniarum & civitatem Coventrenſem. Atque Fulbroke quondam erat rectoria, eccleſia [6] deſtruitur, villanis effugatis, ſolum manerium remanet, & reſiduum imparcatur per Johannem ducem Bedfordiæ, fratrem regis Henrici quinti, qui ibi ædificavit turrim nobilem caſtro æquipollentem, ſed modo quaſi nichil eſt. Johanna etiam Domina de Burgeyny portam infra palos parci fecit ſumptuoſam, hoſ-

Fol. 111. a.

A benefactor of the Caſtle of Warwick. *M.*

1. Autem *C. C.* 2. *Sic, pro* nullas. 3. *Deeſt C. C.* 4. IIII. 55. Crulfeld *C. C.* 5. 63. nunc vero *C. C.* 6. Defertur *C. C.*

pitium nobilis domini ſatis [1] abile, ut duci ſuo adventu complaceret, & nunc hæc porta deſtruitur, & per talem imparcationem via olim ſecura modo per ſepes & palos obtenebrata fit latibulum latronum, carcer fidelium locus multiformis ſupplicii, de via facta [2] invia, via periculoſa, [3] & multis via eſt ſpoliationis, vulnerationis & mortis, ut ſæpe ad oculum probatur, ubi olim cunctis viantibus erat ſalubris & ſatis ſecura. Si in aliis regni provinciis ſit tanta ſtrages villarum ſicut in provincia Warwicana & confinibus, moleſtum eſſet cuique rei publicæ amanti audire. Non omnes villæ prærecitatæ ſunt in comitatu Warwici, ſed quædam, licet paucæ, ſunt in comitatibus Glauceſtriæ & Wigorniæ, ſed quæ ulterior
Fol. 111. b. ſit, non multum ultra XIII. miliaria, vel parum amplius, diſtat à Warrwico. Ut æſtimo hujus nephariæ ſtragis villarum Deus erit vindex. Utinam, & milleſies utinam, ſceleroſi factores ſe vellent emendare, ut vindictæ Dei manum ſecure poſſent evadere. Nunc vice ementium & vendentium in civitatibus & villis mercatis habundant mendici, per villarum dirutores à domibus & terris ſuis expulſi, & lucrum mercantium vertitur in moleſtias importunas & nimis aſſiduas exclamationes utriuſque ſexus hominum mendicantium. Unde qui depauperantur ob defectum ementium indies aggravantur jugi & ſemper nova multiplicatione beggardorum. Nec poſſunt ſe excuſare hii villarum dirutores, quin utriuſque incommodi, tam paucitatis ementium, quin etiam & habundantiæ mendicantium, ſint cauſæ & factores actoreſque. Offendunt iſti villarum dirutores graviter Deo. Offendunt etiam graviter proximo, & hoc multipliciter. Nam primo dominus rex ſine regni juvamine contra hoſtes invaſores non poteſt reſiſtere. In talibus ergo arduis cauſis cito debet regni ſui militia ad ipſum confluere domini & generoſi. Sed quid quæſo poſſunt & hii facere ſine vulgari plebe? Nam plebei portant onus, licet domini ſint eorum duces. Et hiis diebus pro certo vulgi numerus multum minoratur, villis, hamelectis & eorum

---

1. Habile duci *C. C* 2 In ea via per. *C. C.* 3. *Deſunt omnia in C. C. uſque ad hac verba,* Præparant ipſa locum antiquæ *&c.* fol. 116. a.

habita-

habitationibus, quod dolendum est, tam misere dirutis, innumerisque hominibus miseris feminis. Nam viri exclusi cum familiis suis pauci præ tristitia ulterius generationi prolum non attendunt, sed omnis cura eorum est quomodo vivant. multi mendicitati, & multi, necessitate cogente, furtis & latrociniis se committunt, uxores & filiæ meretricie vivunt, & pro majori parte dies suos imposterum otio consumunt. Qui latrocinio dediti sunt finaliter suspendentur, qui otio & mendicitati se dant miserime vivunt, & nec regi nec utilitati rei publicæ in aliquo sunt apti, sed villæ ubique sunt desolatæ. Et ubi dominus rex in arduis materiis olim habuit viros robustos, nunc pro hominibus in quibusdam locis invenientur nisi equi & equæ, in aliis locis oves, & boves, & vaccæ. In aliis locis invenies lupos, vulpes, taxos, cuniculos & lepores, cervos, hircos, damas, & alias feras invenies & porcos, sed nec homines, nec mulieres, nec pueros, nisi pastores, aut subulcos, & hujusmodi. Et ubi per medium villarum dirutarum jacent viæ regiæ ad diversas civitates & nobiles villas, quam sæpius ad portus vel locis furibus aptis invenientur crudelissimi latrones homines multos spoliantes, mulieres violenter deflorantes, fideles Dei & regis insidiantes, capientes, spoliantes, verberantes, vulnerantes, ligantes, & interdum, quod valde dolendum est, eos captos crudeliter & sine misericordia mutulantes & occidentes, nec sexui, nec ætati parcentes. In quibus locis villæ si remansissent, nulla de hiis dampnis perpetrata fuissent. Cum talia enormia facta mirantur & merentur audientes, tristantur narrantes, & inconsolabiliter lugent ipsa enormia facta videntes, sed maxime ipsa intolerabiliter[1] tolerant, utile esset ipsis inclusoribus villarum pœnitendo quanta dampna faciunt. Nam lugentes tenentes de tenuris suis effugati cuicunque mendicantes lamentantur, mortui solito incolarum suffragio carentes, gaudent dæmones, qui ipsos malefactores in futuro pro præda capientes, sed ipsi malifici de sua mundana sapientia sunt fatue gaudentes; in fine tamen ipsorum oppressorum tristitia vertetur in gaudium, & ipsorum tirannorum,

Fol. 112. a. (margin, beside "sitate cogente")

Fol. 112. b. (margin, beside "tantur, mortui")

1. Leg. tolerantes.

quod

quod dolendum est, hîc inanis & vana lætitia vertetur in sempiternum sine remedio luctum & obprobrium. Multis eciam locis per tales clausuras tam parcis quam magnis pascuis viæ regiæ solitæ & antiquæ obturantur, & tunc equites viri & mulieres, præcipue senes & debiles, anguriantur, & coguntur ab equis & jumentis suis descendere pro portarum [1] aperitione, ubi antea nulla obsistentia solebant procedere. Pedites etiam & quandoque equites alias vias per ambages & longiores vias artantur transire antequam veniant in oppositum viæ inclusæ, & in dubium non sine multis maledictionibus pro talibus inclusoribus inprecatis. Eorum etiam clausuris impeditur cursus aquarum, & fiunt viæ inviæ & quasi immeabiles in multis locis, præcipue circa portas ibi, & crescunt busci & subbosci, in quibus ut non ante solito nutriuntur corvi, diversorum generum grana sata indies consumentes, & pro nocivis bestiis, ut taxis, vulpibus, agnos, & cuniculos, ac volatilia consumentibus, habitationi valde aptis. Ecce fructus villas regni destruentium. Ecce quanta mala & vulgo offendicula ubique parturiunt. Cum maledictionibus populi opera sua incipiunt, continuant, & finiunt. Idemque eorum heredibus indies cordialiter imprecatur, quamdiu
Fol. 113. a. ipsa offendicula & nociva non emendant. Nec sufficit multis eorum etiam & heredibus hæc enormia facta, sed malo pejora addunt, ut in marchiis villarum inclausarum & etiam villarum mutulatarum alia intolerabilia faciunt nocumenta. Nam in eorum proprio defectu clausuris suis quandoque ex proposito & malitia non reparatis sed dirutis, vel parcis ex necligentia vel ex proposito apertis, bestiæ villarum circumjacentium, ut aves, aut pisces cibis decepti intrant. Et super hoc attendentes talium tyrannorum crudelium crudeles ministri, ipsas irrationales bestias sine misericordia verberant, fugant & incarcerant in pondagiis suis, nichil eis dantes, sed pro siti & esibilium carentia fere ad mortem, quod lamentabile est, infamiant, eorum propriis dominis cum magno planctu quærentibus circumquaque ubi dicta animalia vagantia invenire possent. Tandem ipsis inventis non

1. *Sic.*

sine

ſine gravi redemptione ea reaccipiunt. Utinam remedium huic gravi dampno apponeretur, ne, ſicut perantea, jurgia, & ſanguinis effuſio ulterius [1] inveniatur. In hoc caſu attendant omnes iſti villarum deſtructores & incluſores ad verba per ſpiritum ſanctum in ore Yſaiæ prophetæ immiſſa, Yſaiæ tercio: "Væ! qui conjungitis domum domui, & agrum agro copulatis." Tunc quaſi yronice addit, "Nunquid habitare vultis ſoli ſuper terram, vel in medio terræ?" Gloſa: quaſi diceret, Fol. 113. b. "*Videmini hoc quærere* &c. *Ecce quis erit vobis in fine cantus, ſcilicet, Væ! quod hæc nephanda opera umquam incepimus, pro quibus æterna dampnatione involvimur.*" De certo non poſſunt excuſare ſe quin Dei præcepta manifeſte tranſgrediuntur. Nam primum mandatum eſt, diligere & honorare, ut decet, Deum. Sed qualiter poteſt affirmari, quod diligunt Deum, aut honorant Deum, cum domum Dei, videlicet eccleſiam, per villas dirutas, dilaceratas, & penitus deſtructas adnullant & funditus deſtruunt? Quibus etiam mortui in ipſis ſacris locis ſepulti dicere poſſunt, "De noſtris ſuffragiis nos ſpoliatis. Conſiderate, cœci, corda veſtra, "& ſic abhorreat vobis cupiditas veſtra. Quales jam "vos eſtis nos fuimus: & quales nos ſumus, vos eritis. "De corporali corruptione videte veſtigium, de animæ "punitione timentes fugite, ut conſulo, (ſi ſapientes eſſe "volueritis) æterni terribile ſupplicium." Antiquis temporibus viri juſti & devoti bona eis à Deo collata recipientes, cum laudabili deliberatione ad Dei laudem & rei publicæ proficuum ea [2] expendiderunt, ædificia conſtruendo, villas elargiendo, collegia, domos Religioſorum, eccleſias parochiales & capellas conſtruendo & indotando, ſcolares ad ſcolas exhibendo. Ex hiis modo deſcenderunt (quod dolendum eſt) pauci paternorum morum heredes: non ut Seth Adæ, ſed potius ut Caym totam fere terram nequitia replentes. Sed hæc nequam progenies Caym in generali diluvio totaliter deleta eſt. Et adhuc, quod dolendum eſt, licet non de ſemine Fol. 114. a. Caym, tamen morum ſuorum heredes reviviſcunt, viri facinoroſi, non caſtra, non villas, nec eccleſias ædifi-

1. *Sic.* 2. *Sic.*

cantes,

cantes, sed potius ea destruendo antra & speluncas latronum de securis, sanctis, & salubribus olim locis facientes, non ecclesias facientes, sed potius destruentes & spoliantes, non scolares ad incrementum fidei exhibentes, sed potius eorum exhibitores depauperantes & adnichilantes. Comederunt isti uvam, de qua scribitur Ezechielis octavo decimo, "Patres nostri uvam acerbam "cōmederunt, & dentes filiorum [1] obstupascunt." Sani salubriter esibilia cōmedentes corpus nutriunt: sed isti cupidissimi viri de adquisitis ad dampnum rei publicæ edunt & non nutriunt, sed potius utile rei publicæ & corpus adnichilant, destruunt & penitus toto posse suo confundunt, & ideo eorum dentes pravo priorum patrum exemplo obstupescunt, quia malorum parentum mala sequuntur vestigia, & eos sequendo divinam expellunt gratiam, & ipsismet divinam accumulant indignationem. In multis ignorantes se miseriis involvunt. Nam dixit Christus beato Petro & suis successoribus, "Quodcum-"que ligaveris in terra erit ligatum & in cœlis." Et certum est, quod singulis annis IIII. Dominica Quadragesimæ dominus papa, quicumque pro tempore fuerit, so-
Fol. 114. b. lempniter certos transgressores publice maledicit, & inter ceteros maledictorum præcipuos [2] anathemizantur omnes, beatorum apostolorum Petri, & Pauli & sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ patrimonio distrahentes, destruentes, & quovismodo lædentes. Cum igitur ab antiquo per reges Anglorum concessæ sunt pensiones annuatim de singulis domibus solvendo, unius denarii Anglicani videlicet pensio & multis centenariis annorum debite & juste soluta est: merito igitur villarum dirutores maledictioni illæ tremendæ se subjacent, qui ad dampnum sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ, sine recompensatione dictæ ecclesiæ Romanæ facta, tot domicilia in villis dirutis destruunt, quorum habitatores solebant annuatim prædictam pro parte sua à regibus concessam & confirmatam, ac sine discontinuatione solutam, sine interruptione devote, ut filii ecclesiæ, gratanter reddere pensionem, ut deberent. Avaritiam fugite, si volueritis sal-

1. *Leg.* obstupescunt. 2. *Sic.*

vari.

vari. Nam, secundum beatum Augustinum ad quendam comitem in epistola, "Non in ejus corde est, ut possit "esse veritatis vestigium, in quo avaritia suum facit "domicilium." Hæc ille. Et si falsus fueris proximo, pro certo non diligis proximum. Et iterum, Vobis loquor, avari, ut supra scripsi, juxta id in canone Johannis, "Qui non diligit proximum quem vi-"det, quomodo diliget Deum quem non videt?" Si ergo non diligis proximum, nec diligis Deum neque proximum. Et "in his duobus," videlicet mandatis, Dei & proximi dilectio, secundum illud Mathæi XXII. "tota "lex pendet & prophetæ." Cum ergo vos avari neutrum facitis, justo Dei judicio si non emendaveritis sine fine peribitis, juxta illud ad Romanos iiº. "Qui sine "lege vivit, sine lege peribit." In jure Anglicano cum homines sunt utlegati, in utlegando dicit unus Coronatorum pro omnibus, Quia tu" (nominando eum scilicet) "non compares & non obedis legi, nos ponemus "te extra legem." Et tunc pro felonia si captus fueris, quia sine lege vivit, sine lege peribit, nec procedit lex judicando eum, sed punietur ad mortem. Sed si quis in lege peccaverit, per legem judicabitur. Hoc est pessimum lucrum mercandizæ suæ, scilicet dampnatio æterna. Sequitur ex hoc, quod nichil lucrantur, sed perdunt cœlestem hereditatem. Nec Deus lucratur, nec sancti, nec ecclesia militans, nec homines mundani cum rem publicam confundunt. Quis ergo lucratur? Certe Diabolus, qui eorum lucratur animas, ut præostensum est de nobili dum vixerat principe domino Lodowico Landegravio, duce Turingiæ. Quod lædunt ecclesiam militantem ostenditur sic: Manifestum est quod prosperitas ecclesiæ multum consistit in scientia literatorum, fidem Christi prædicantium, & contra hæreticos disputantium, & servicio [1] devotio ecclesiasticorum tam scolarium quam religiosorum, devote Deo servientium; sed scientia fontaliter erumpit ab Universitatibus & generalibus studiis, quæ manutenentur per collegia indotata, per beneficia annexa & temporalia eis concessa. Et destructis benefi-

Fol. 115. a.

Fol. 115. b.

1. *Sic, cum punctis, in Apographo Bodlejano.*

ciis destruuntur collegia, & villis destructis destruuntur beneficia. Et in aulis scolarium eorum beneficiorum per vallas destructas depauperatio, scolarium exhibitorum ad scolas adnichilatur exhibitio. Sequetur tunc pro doctrinæ & prædicationis carentia, errorum per hæreticos assidua seminatio, & tunc subvertetur Christi ecclesia simili passu Secularium vel Religiosorum, decresceret servicium divinum vel destrueretur, quia, subtractis unde viverent, non potest devotio & Dei servicium in ecclesia continuari, nec in personis, nec in ædificiis, nec ornamentis ecclesiæ, nec in libris pro choris, neque in librariis pro studentibus, quia deficientibus ad victum necesse este [1] deficere quo emeretur vel repararetur quod necessarium est ad victum, vestitum, ornatum & ad studium. Omnes sumus fratres in Christo, Domini & pauperes, spirituales & temporales, clerici & laïci. Et cum, secundum Scripturam Proverbiorum VI, dicatur, "sex "sunt quæ odit Deus, & septimum est detestabile," igitur Deo magis odiosum; & illud ibi in textu expresse ponitur, videlicet, "seminare discordiam inter fratres;"
Fol. 116. a. in quo casu sunt isti villarum destructores, qui omnibus fratribus suis in Christo nocent, præter eos quos ad suam consimiliter faciendo doctrinam alliciunt, & ipsos in eorum finale consortium connectant, juxta illud commune & auctenticum dictum, "Consentientes & agentes "pari pœna punientur." Præparant ipsi locum [2] antiquæ prophetiæ, [3] quod lepus pareret supra lapidem igne frequentatum, vulgari lingua dicitur **le harthston**:"

Water shall wax and wod shall wane,
No man shal be mane, and mane shal be nane.
The hare shall kendyll on the harthstone,
My dere son than byld thy hows of lyme and of stone.

Ecce per hoc videtur, quod isti villarum dirutores realiter minantur conquestum de novo futurum; & si id, quod absit, contingeret, novi incolæ quod ipsi [4] destruxerunt sua facta vilipenderent, & villas iterum reædificarent, sicut fecerunt Saxones Britonibus fugatis, &

1. Difficere *MS.* 2. Secundum prophetiam *C. C.* 3. *Desunt C. C.* 4. Destruxione *C. C.*

Dani

Dani post suum conquestum per regem Canutum. Sic etiam & Normanni Anglicis suo conquestu superatis. [1] Nonne etiam adinventiones nunc hominum idem minantur? Longitudine crinium faciem in baptismo sanctæ crucis signo signatam abscondunt, pudenda palam faciunt, de viciis non pudent, & in ambulando nates denudant, aut togarum curtitudine, aut famulorum sequentium juvamine & sursum sublevatione, & sic se aptos Fol. 116. b. ostendunt virgæ Dei [2] percutione. Decollationi etiam se aptant colariorum tunicis & togis. Decurtatione olim erant alta ad frigus expellendum, sed nunc sunt curta, non quia impedientia nec resistentia securi percutientis manu proni ad decollandum. Mulieres etiam modernæ utuntur capuciis lamentoriis, quasi carorum suorum necem plangentes. Avertat misericors Deus quæ inani gestu tales infausti ignoranter prophetizant. Isti modo dirutores villarum facto stulti reputant se sapientes, sed eorum sapientia erit in suo judicio proprio in futurum plana stultitia. Unde Gregorius decimo Moralium super hunc textum, *Deridetur justi simplicitas* &c. sic scribit: "Hujus mundi sapientia est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt vera "ostendere, quæ vera sunt falsa demonstrare. Hæc nimi-"rum prudentia usu à juvenibus scitur, hanc qui sciunt ce-"teros despiciunt, ac superbiendo & despiciendo super-"vincunt. Hanc qui nesciunt subjecti & timidi in aliis mi-"rantur, quia ab eis hæc eadem duplicitas quæ iniquitatis "nomine palliata diligitur, dum mentis perversitas urba-"nitas vocatur. Hæc sibi obsequentibus præcipit honorum Fol. 117. a. "culmina quærere, adepta temporalis gloriæ vanitate gau-"dere, irrogata ab aliis mala multiplicius reddere, cum "vires suppetunt nullis resistentibus cedere, cum virtutis "possibilitas deest, quicquid explere per maliciam non "valet hoc in pacifica bonitate celare. At è contra "justorum sapientia est, nil per ostensionem fingere; "sensum verbis aperire; vera ut sunt diligere; falsa de-"vitare; bona gratis exhibere; mala libentius tolerare

1. *Desunt cuncta in C. C. usque ad hæc verba,* Rex Henricus primus cognomento *&c. fol.* 122. *a.* 2. *Sic.*

"quam facere; nullam injuriæ ultionem quærere; pro "veritate contumeliam pati lucrum putare. Sed hæc "justorum simplicitas deridetur, quia ab hujus mundi "sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Quia "enim quod innocenter agitur ab eis proculdubio stul-"tum quid putatur; & quicquid in opere veritas appro-"bat mundani carnali sapientiæ fatuum sonant." Hæc ille. Istis bene consideratis, ut, Diabolo instigante, homines per hanc mundanam sapientiam non fallantur, attendant ad verba apostoli Pauli ad Corinthios tercio in fine capituli sic dicentis: "Si quis videtur inter vos sa-"piens in hoc seculo, stultus fiat sapiens. Sapientia enim "hujus mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est "enim, Comprehendam sapientes in astutia eorum."
Fol. 117. b. Etiam in alio loco scribitur: "Dominus novit cogita-"tiones sapientum quam vanæ sunt." Nam suis persuasionibus opiniones suas insanas & in conspectu Dei dampnabiles, tamen quasi verissimas & splendidissimas eas ostendunt, & quasi micantibus & inevitabilibus rationibus defendunt. Verbo, & corporeo gestu, tamen de facto non lucent, sed in conspectu Dei, qui est vera lux, sunt nisi tenebræ ducentes ad perpetuas tenebras. Unde bene possunt assimilari lignis putridis & piscium squamis aut vermibus quæ Noctelucæ vocantur. Heæ in tenebris lucent, sed in solis splendore nullam lucem habent; & si tunc inveniantur, quales sunt in re planissime apparent: sic isti totius rei publicæ hostes suis ut æstimant rationibus & in judicio simplicium personarum valde lucidi, & dictis verissimi, ut in placitis & aliis ostensionibus suis sine defectu apparentes. Coram tamen Deo multi eorum filii dampnationis invenientur. Et in conceptis suis stolidi reperiuntur. Nam vicinis fugatis multis dampnis & periculis se exponunt. Quidam ob carentiam victualium, quo ipsis adhærentes ac inopinati hospites alerentur si vicinos haberent. Inopinatus quandoque ignis ob defectum vicinis agit secundum sui ultimum in talium infortunatorum gravissimum
Fol. 118. a. dispendium. Et si forte divitiis affluentibus eorum habundantia inter nullius conscientiæ indigentes & crudeles

deles tirannos latrocinio viventes promulgatum fuerit, ex eorum cupiditate, ob vicinorum suorum carentiam, temporibus aptatis obsidentur, spoliantur, necantur, & ut fatuissimæ personæ omnia perquisita amittunt, &, quod maxime dolendum est, corpore & anima sæpius periclitantur, quod Deus avertat. Multi eorum in sui excusationem, ut egomet audivi, dicunt, Quod licitum est homini propria bona secundum velle suum disponere. Scriptura dicit, "Non sic impii, non sic." Unde Gregorius Omelia IX. primi libri, "Sumus hîc dispensatores "Dei, & de omnibus, quæ habemus, Deo rationem red"demus. Cum enim (ut ait) augentur dona, rationes "crescunt donorum. Tanto ergo esse humilior atque ad "serviendum Deo promptior quisque debet esse ex mu"nere, quanto se obligatiorem conspiciat ex reddenda ra"tione." Unde dives evangelicus non fuit dampnatus pro bonorum suorum adquisitione, sed quia male ea [1] expendidit. Quis proprio cultello potest seipsum vel proximum occidere, & sic Deo graviter offendere, & per jura regni merito ad mortem dampnari corpore, & à Deo in anima, & fieri heres æternalis inferni? Sic proprio vino vel alio liquore vel cibis delicatis potest quis in mortalem crapulam incidere, & post tales delicias hîc ante mortem intolerabiles sustinere pœnas, & de pœna temporali transferri Dei justo judicio ad pœnas, quod absit, æternas. Non potest ergo quis sua expendere bona ad sui placitum, sed ad Dei placitum, ad Dei honorem, suum commodum. Sed caveat omnino sub pœna dampnationis, quod non ea expendat ad rei publicæ detrimentum. Videmus quod frenetici, licet divitiis affluant, non sinuntur à caris amicis suis gladios, cultellos, aut lanceas, & hujusmodi, licet propria, ad libitum suum habere. Causa est, ne se vel alios lædant. Sic villarum dirutores & dilaceratores ut furiosi, ergo non licet bona sua ad libitum suum expendere, eo quod in suam dampnationem alios graviter lædunt. Et de facto pejores sunt furiosis, eo quod furiosi possunt licite ne offendant ligari: sed isti totius rei publicæ manifesti inimici ob liberum arbitrium eis & non furiosis ratione carentibus

Fol. 118. b.

1. *Sic.*

concessum

concessum solute manere permittuntur, eo quod rationem habeant, licet ea minus debite utuntur. Quod Deus, cum sibi ex gratia sua placuerit, emendet. Deus contulit nobis liberum arbitrium. Declinemus igitur ad
Fol. 119. a. saniorem partem, ne libertate nobis concessa abutamur. Consulo igitur, ut quisque privilegio libertatis suæ virtuose & caritative non discordando ab utilitate rei publicæ utatur, quia, ut vult lex, privilegium meretur amittere qui permissa sibi abutitur libertate. Ex tercio Decretalium Rubrica de regularibus & transeuntibus ad religionem capitulo *Licet*, ut patet inquirenti. Attende igitur sub Deo judex, ô rex serenissime, ad scripta Sapientissimi regis Salamonis Proverbiorum XXIX. "Rex justus "erigit terram." Glosa. "Ejus statum meliorando." Et sequitur in Textu: "Vir avarus destruit eam." O rex gloriose & gratiose, ecce hîc materia satis est aperta inter tuam celsitudinem & prædictos rei publicæ inimicos villarum destructores discutienda & finaliter determinanda. Regem decet suos legaliter & regaliter defendere, & secundum juris præcepta semper ferventi animo manutenere. Quæ vero sunt juris præcepta evidet plane jure civili primo libro Institutionum. Et sunt hæc: Honeste vivere, &, Alterum non lædere, &, Quod suum est unicuique tribuere. Hæc præcepta ab inimicis rei publicæ minime custodiuntur, quia licet prodige vestitu
Fol. 119. b. & mensa vivant, & eorum prodigalitas sub colore honestatis coloratur quasi vivant honeste, pro certo tamen studium in eis requisitum in eis manifeste deest. videlicet neminem lædere, sed sub scuto cautelarum se defendunt, & reprehensores & correctores suos quasi rethe comprehendere nitentur. Unde Salomon, ubi supra, in Proverbiis subdit, "vir avarus destruit eam." scilicet terram habitationis suæ. Glosa. "ex cupiditate tyran-"nandi." Et sequitur in Textu: "Homo qui blandis "fictisque sermonibus loquitur domino suo, rethe ex-"tendit gressibus ejus." Cave igitur, ô optime rex, ne talibus rethibus nephandissimis subito illaquearis. Nec sinas dominum deum tuum regem & dominum dominantium & sanctam ejus ecclesiam in ecclesiarum parochialium

chialium ultima destructione injuriari, cum de facili possis remedium salutare apponere, nec permittas rempublicam, cujus pugil à Deo assignaris, tam improbe, ut modo est, subpeditari, quæ tuam indies optat & expectat inmensam & invictam defensionem. Aggredere igitur in Dei nomine & sano consilio nobilis columpnæ super basim modo ecclesiæ cathedralis Cantuaria situatam, aliorumque venerabilium patrum, ut olim agebant gloriosi reges Anglorum archiepiscoporum Sanctorum Fol. 120. a.
Dunstani, Oswaldi, Lanfranci & Anselmi, aliorumque venerabilium patrum, & temporalium magnatorum, venerabilis Leofrici & multorum aliorum non avaritia infectorum, quorum sagaci providentia à recto tramite deviare non potes. Adunatis etiam jureperitis bonæ conscientiæ & aliis, quorum solertia & forti manu istud nobile regnum sub Dei instinctu & tua provida diligentia protegitur, convocatis convocandis remedium apponatur in agendis. Exemplum à rege Salamone accipe, cui, ut habetur tercio Regum tercio capitulo, à Deo cor docile petenti ad regendum sub Deo populum, hoc Deus sibi concessit & superaddidit divitias & potentiam. Sic & tu genu flectendo devote dicas in omnibus arduis hunc ympnum: "Veni creator spiritus," cum Collecta, & in nomine Dei audeo dicere, quod oportunum à Deo habebis cito solamen & inspiratum consilium. Et secundum Doctores, reges & principes qui præsunt communitati divinas habent si devote petant à Deo illustrationes, & multum clarius quam subjecti populi, gratiaque justificans & disponens datur in electum regem & principem si non ponat obicem. Ne igitur tu quisve alius rex obicem ponat tria oportet attendere: primo devote Fol. 120. b.
se habeat erga Deum, honeste ad seipsum, & juste & proficue ad populum. Ut igitur perfectius se ceteris habeant habent duos angelos eis appropriatos, unum ratione personæ, alium ratione officii. Debent igitur reges esse misericordes & mansueti secundum Salamonem Proverbiorum xx. Cum igitur, ô felicissime rex, tantum à Deo tibi attribuitur inspirationis suæ donum, remedium appone, ne deinceps villæ vel hamelectæ salubri solo &

fœcundo

fœcundo situatæ ex post destruantur. Videmus quod auctoritate Parliamenti prohibetur usus cingulorum vel zonarum de auro & argento, & similiter vestitus sericorum dampnatur nisi certis secundum suum statum licentiatis. Prohibentur etiam certi ludi ut ad pilam manualem & pedalem & hujusmodi multa ab olim usitata sagittatione permissa. Cum igitur hæc parva & quasi truphatoria in comparatione perhibentur, & illud enorme permittitur Deo detestabile & regno isti ubique dampnabile, scilicet villas, hamelectas, parochias cum ecclesiis parochialibus & capellis annexis tempore pacis & non guerræ spontanee destruere. Ob reverentiam Dei restringatur, justissime rex, ipsa [1]avara impiorum, sic agendo libertas & villæ destructæ, si commode possint, reædificentur, præcipue heæ, quarum destructores super-
Fol. 121. a. sunt. Proventus talium & talia possidentium [2]si ad tempus à possessionibus parte vel tote secundum quod possessionibus habundant vel depauperantur secundum sanam discretionem regni possent certis spaciis ipsas villas si debite disponantur ad priorem statum ad totius regni proficuum reducere. Tibi, ô nobilis rex, datur cura, sub gravi in futuro pœna judicio suo infligenda, hoc nobile regnum tibi commissum bene regere, ab hostibus exterioribus etiam & ab hostibus intraneis, ut sunt isti villarum destructores, & ab aliis, quorum vita ducit ad interitum, pro posse ingenioque tuo defendere, juxta verba apostoli ad Timotheum v^to^. "si quis suorum curam non habet," id est, non curat de suis suo regimini commissis, "fidem negat, etiam est infideli deterior." Attende igitur, ô Christi pugil & noster nobilissime rex, ne isti prærecitati rei publicæ inimici tuos subditos amplius subpeditent. Dic verbo minatorio ut cessent, & solo verbo tuo assistent, & Dei benedictionem totiusque populi animos adquires. Ne taceas. Dicit enim Scriptura, "Væ! mihi quia tacui." & alibi, "Qui tacet consentire videtur." Et, "consentientes & agentes pari pœna punientur." In conspectu Dei judiciali es sicut unus nostrûm. Miserere igitur, ô optime rex, ani-
Fol. 121. b. mæ tuæ, & ne ponas te pro aliis in periculo, præcipue

1. *Sic.* 2. *Haud aliter hæc sese habent.*

tam

tam grandi periculo. Ne igitur tacendo videaris consentiens eis, quia pro certo qui possunt & manus adjutrices contra eorum malefacta non apponunt, rei sunt in conspectu Dei, ut allegatur in jure secundum beatum Augustinum sic scribentem: "Facientis proculdubio culpam habet, qui quod emendare potest non emendat, "sed emendare negligit." Cum igitur in te omnium virtutum, ô nobilissime rex, relucet exemplar, avidius ideo te cupio istorum avarorum & dampnabilis militiæ eorum esse subpressor. Studeas igitur Christi miles rex nobilissime adversariis Dei, tuis & totius regni resistere. Et cum ab hac luce [1] recederis, in adventu tuo Christus tibi obvians & ad cœnam ejus invitans tibi gratanter dicet: "Amice, ascende superius." Et tunc in loco gradui tuo congruo maxima excellentia te collocabit. Quod Deus concedat. Amen. In isto processu laborando scio indubitanter quod Christi miles sum, pro ipso & in causa sua & tocius ecclesiæ ac totius rei publicæ regni Angliæ militando. Et si adversarius noster hostis antiquus contra me provocet suos servos rei publicæ inimicos quos tetigi prædictos, orate supplico mecum ô vos rei publicæ fideles, ut Deus sit meus protector, & in cunctis adversis det mihi firmam patientiam. Sæpius in diebus meis, ut Deus novit, injuste vexatus fui in multis tribulationibus, sed me perturbatoresque meos misericordiæ Dei totaliter committo, & parcat intime opto Fol. 122. a. ipse misericors Dominus mihi injuriantibus & tribulantibus, & ut præcipue animæ eorum, si qui tales, quod absit, fuerint, precor ut ad gloriam in futuro provehantur æternam. Jam finem huic pono digressioni, & ad materiam redeo præassumptam.

Rex Henricus primus, cognomento Beauclerk, erat vir bene literatus, præcipue in Grammatica & Jure regni Anglicani, Anglicus ortu, solus fratrum suorum genitus ex rege & regina, natus apud Selby secundum Mathæum Parisiensem. Mortuo fratre suo [2] rege" Willielmo Rows aliter Rufo, erectus est iste in regem, annuente maxime Henrico de Novo burgo Warwicensi comite, secundum Willielmum de regibus, viro sancto & integro. ejus jamdudum

1. *Sic.* 2. *Deest C. C.*

dudum familiari usus fuerat contubernio. Qui quidem
comes Henricus filius Rogeri [1] comitis" de Bello monte,
frater etiam Roberti comitis Mellenti & Leicestriæ, erat
in tercio gradu consanguineus regis Angliæ Edwardi
Confessoris, & in quarto etiam gradu consanguineus re-
gis Willielmi Conquestoris, & in quinto gradu sanguinis
huic regi Henrico primo linealiter annexus. Fecit iste
rex novum episcopatum apud Ely, in monasterio vide-
Fol. 122. b. licet Eliensi, & fundavit abbathias de Redyng & [2] Eir-
cettria in Anglia, & de Hyda Wintoniæ transferendo de
uno loco ad alium, & monasterium de Prato [3] trans mare
apud Rothomagum, & monasterium de mortuo mari, &
castra Drincurcis, Novum Mercatum, [4] Vernolium, Pon-
tem Ursonis, & turrim Ebroïcarum; eciam in Anglia
parcum de Wodstok cum palacio infra prædictum par-
cum, qui parcus erat primus [5] parcus" Angliæ, & pro eo
fiendo plures villæ destructæ sunt, & continet in cir-
cuitu [6] septem miliaria Anglicana. An erant ibi aliquæ
ecclesiæ vel capellæ destructæ nescio. Et constructus
erat circa annum XIIII. regni hujus regis, vel parum
post. Hujus rei exemplo ceteri domini imparcaverunt
[7] certas terras suas. Unde Henricus comes Warrewici
parcum de Wegenok juxta Warrewyk incepit, & in
principio solum terram, quæ usque hodie **the old parke**
[8] dicitur, continebat, sed modo valde dilatatur. Iste
eciam rex Henricus primus regum habuit sigillum de
cera. Prius in cartis suis [9] utebantur signis manualibus
cum crucibus & nominis recitatione, ut, Ego rex Willi-
elmus hanc cartam feci [10] +": Et, Ego Matildis re-
gina [11] consensi, [12] +: Et, Ego Lanfrancus archiepiscopus
confirmavi [13] +": & sic de aliis testibus. Iste etiam rex
Anglicos, quia ipse erat ortu Anglicus, multum hono-
ravit. Nam à conquestu Anglici erant ubique subpedi-
Fol. 123. a. tati, & pro levi vel nullo crudelissime afflicti; & ad in-
itium regni hujus regis Henrici Anglici erant detesta-
tione maxima habiti. Nam pater suus linguam in regno

1. *Deest* C. C. 2. Ciscister C. C. 3. Transmarino C. C. 4. Vernollem C. C. 5. *Deest* C. C. 6. 14. Anglicana C. C. 7. Ceteras C. C. 8. Dum *pro* dicitur *in* C. C. 9. Utebatur C. C. 10. *Deest* C. C. 11. Concessi C. C. 12. *Deest* C. C. 13. *Deest* C. C.

Angli-

Anglicanam nitebatur destruere. Unde in scolis pueri discentes Grammaticam habent verbalia & nominalia in Gallico, & [1]omnes in regno placita & curiæ in Gallico tenebantur ydiomate, & maxima confusio erat tunc generosis si nescirent loqui Gallicum. Iste eciam rex Henricus primus anno Domini 1109. statuit fures suspendi. Pœnæ priores erant exilium, exoculatio, ementulatio, cauteriatio in facie ferro ignito. Gaufridus. Ex quadam Chronica, Kenell videlicet, ex compendio ante Chronicam Marini Scoti habetur, Quod, mortuo rege Angliæ Henrico primo, Gaufridus Andegaviæ comes voluit [2]fuisse rex Angliæ jure uxoris suæ Matildis, Imperatricis filiæ & heredis, ac tunc unicæ prolis dicti regis Henrici. Cui eo vivente & ipso etiam mandante omnes proceres regni Angliæ fidelitatem juraverant; sed ipsi proceres, juramenti sui male recordantes, receperunt perjuri regem Stephanum & cum eis perjurum in eorum regem, dicentes, "Nolumus Gaufridum alienigenam regnare super nos." Creato tunc rege Stephano, dictus Gaufridus, comes Andegaviæ, sibi allatam injuriam graviter ferens, regem Stephanum valde inquietare cœpit, & totam Normanniam illi abstulit. Dictus vero nobilis comes Galfridus, comes Andegaviæ & Cenomaniæ, obiit anno Domini M. C. XLVIII. & apud Sanctum Julianum sepelitur. Cui filius suus & heres rex Henricus [3]secundus" successit. Mathæus Parisiensis. Rege Henrico defuncto, ejus senescallus Hugo Bigod præstito [4]injuramento coram archiepiscopo Cantuariensi, quod cum rex Henricus ageret in extremis imperatricem exheredavit, & Stephanum suum heredem fecit. Ordo etiam nigrorum Canonicorum nunc primo in Angliam inductus est, primo Colcestriæ, deinde Londoniis, & tunc in aliis locis. Unde Warrewici comes Henricus ad preces Jerosolimitanorum Prioratum Sancti Sepulchri apud Warrewyk Canonicorum regularium fundavit. Tunc temporis Christiani ceperunt Terram Sanctam, & in ecclesia Sancti Sepulchri dominici [[5]corporis"] canonicos instituerunt, qui [6]in habitu

A. D. 1109.

Rex Stephanus. M.

Fol. 123. b.

Ordo nigrorum Canonicorum nunc primum inducitur in Angliam. M.

Comes Henericus Warwici prioratum Sti. Sepulcri apud Warwick canonicorum regulariorum fundavit. M.

1. *Sic.* 2. Esse *C. C.* 3. *Deest C. C.* 4. Juramento *C. C.* 5. *Deest C. C.* 6. Nunc in habitu *C. C.*

bitu ab aliis canonicis regularibus non differebant, nisi per crucem [1] duplatam rubeam in pectore capæ. Quo signo usque huc utuntur canonici regulares Sancti Sepulchri Warrewici, quæ erat prima domus & aliis superior per Angliam, Walliam, Scotiam & Hiberniam, usque ad ite-
Fol. 124 a. ratam destructionem Jerusalem, & tunc omnes fere illius ordinis domus evanuerunt. Prior Warrewici hiis diebus [2] amicto griseo penulato cum baculo pastorali, & habebat tunc collectionem pro auxilio Terræ Sanctæ cum maximis Indulgentiis. Sed hiis evanescentibus sequebatur illius ubique ordinis paupertas. Erant antiquitus [3] illius ordinis domus apud Tetford, Wincheſtre, & Wentbryge, & multis aliis locis in diversis provinciis. Horum modo proficuum transfertur cum privilegiis ad ordinem Fratrum Sanctæ Trinitatis, cujus sunt fratres Sancti Roberti de Knarrisburgh, Hondslow, & Telesford, & multi alii. Circa hæc [4] eciam tempora, procurante rege tunc Henrico, Lectura Theologiæ & in aliis scientiis Oxoniæ pro guerris & aliis infortuniis diu omissa iterato florere cœpit. Et rex Henricus novam aulam regiæ [5] mansione congruam incepit, in qua anno Domini M. C. XXX. Pascha [6] regaliter tenuit. Et ibi modo est domus fratrum Carmelitarum. Et quid pro illo nobili

cœli

palacio & respiratione [7] cleri & novo parco cum novo in Wodstok palacio. Ipse nobilis rex & vir magnæ literaturæ in ipso comitatu Oxoniæ dulce habuit morari. Mittebantur sæpe huic regi Henrico ab extraneis dominis leones, leopardi, linces, porpeni, cameli, & [8] hujusmodi
Fol. 124. b. animalia. Habebat novum parcum apud Wodstok muris lapideis circumcinctum, in quo delicias talium animalium confovebat. Non hæc à me ipso fingo, sed testimonium à Chronica Willielmi de regibus, qui [9] ut a addit, quod idem rex Henricus apud Novam Windesour strenue ædificavit, & ibi quandoque morari dulce habuit. Est autem duplex Windesour, scilicet nova & antiqua.

1. F. duplicatam. 2. *Sic.* 3. Istius *C. C.* 4. Autem *C. C.* 5. *Sic.* 6. Regalem *C. C.* 7. Cleri, *absque* cœli, *in C. C.* 8. Hujus generis anim. *C. C.* 9. *F.* etiam addit.

Matilda

Matilda imperatrix, hujus regis mater, obiit anno Domini [1] MCLXVII°. IIII°. Idus [2] Septembris Rothomagi, & in monasterio Becci in Normannia sepelitur. Mulier devota erat, quæ in Normannia plura monasteria religiosorum fundaverat. Quo anno natus est rex Johannes, & triennio post hoc, videlicet anno Domini M.C.LXX. circa Æquinoctium hiemale [3] mare fines suos egrediens ossa cujusdam [4] gigantis in Anglia detexit, cujus, ut ferunt, [5] L. pedum erat longitudo. Item eodem anno, [6] & potius, secundum alios, anno Domini M. C. LXXV°. omnes episcopi & abbates Scotiæ constrinxerunt se, ut & ipsi quidem forent subditi archiepiscopi [7] Eboracensi, & etiam haberet sub se episcopos Orcadum & de Man, sicut archiepiscopus Cantuariensis habet sub se omnes episcopos Angliæ & Walliæ. Rex Stephanus, Kentensium gloria, fundavit abbathiam de Feversham, ubi cum regina sua & eorum primogenito nobili principe, nomine Eustachio, honorifice sepelitur. Iste rex habuit fratrem, cui nomen Henricus. hic erat [8] Wintoniensis episcopus. Lucius papa anno Domini 1142. secundum Mathæum Parisiensem, pallium de novo misit in Angliam, volens apud Wintoniam archiepiscopatum facere & [9] constituere, sed ob murmur desolavit papa factum imperfectum. Et ante hæc [10] tempora" diu, secundum Ranulphum in [11] cronica sua dicta Polycronico, rex Offa secundus postquam vicit Northumbrenses, Kentenses & Westsaxones metropolitanam dignitatem à Cantuaria ad Lichfeld transtulit. Sed sic non diu stetit. Iste Offa fundavit apud Winchcombe domum monialium, & fundavit primo abbathiam Sancti Albani, & [12] illius Sancti corpus transtulit in feretrum, & fecit fossam inter Angliam & Walliam, quæ dicitur Offdyche, & per totum regnum Merciorum contulit pro imperpetuo [13] Petur pens ecclesiæ Romanæ. Rex Henricus secundus, filius

Rex Stephanus fundavit abbathiam de Feversham, ubi cum regina sua & primogenito Eustachio nomine honorifice sepelitur. M. Fol. 125. a.

1142.

Rex Henricus secundus. M.

1. 1147. *C. C.* 2. Septembrorum *C. C.* 3. Mater *C. C.* 4. Regionis *C. C.* 5. Lapidum *C. C.* 6. *An* aut? 7. Eborum *C. C.* 8. Wintoniæ *C. C.* 9. Constituere, & septem ei episcopos in suffraganeos assignare, sed ob murmur dissolvit *C. C.* 10. *Deest* *C. C.* 11. Cronica quodam Polychronico *C. C.* 12. Primus Sancti *C. C.* 13. Peter penus *C. C.*

Matildis

Matildis imperatricis, filiæ & heredis Henrici primi, regis Angliæ, cui omnes magnates Angliæ vivente patre fidelitatem juraverant, jure materno [1] erat rex Angliæ, [2] ſupremus dominus Walliæ & Scotiæ, dux etiam Fol. 125. b. Normanniæ," & ſupremus Dominus Britanniæ. [3] Et jure paterno erat comes Andegaviæ," & jure uxoris ſuæ reginæ Alienoræ erat dux Aquitaniæ, Vaſconiæ, & [4] eciam comes Pictaviæ, multarumque aliarum dominus magnificus. Iſte ſubjugavit Hiberniam, & fundavit caſtrum de Rudlan, & abbathias de Stonley, Baſyngwark, & Waltham pro Canonicis regularibus, expulſis vero prioribus poſſeſſoribus Decano & Canonicis ſecularibus. Suis eciam diebus paſſus eſt pro jure eccleſiæ beatus Thomas Cantuarienſis archiepiſcopus. Hiis [5] etiam diebus pons lapideus ſupra Thamiſiam inceptus eſt à rege Henrico apud London anno Domini [6] 1173.

Rex Henericus ſecundus ſubjugavit ſua fortitudine Hiberniam, fundavi [*ſic*] caſtrum de Rudlan, & abbathias de Stoneley, Baſingwark, & Waltham, & in diebus ſuis inceptus eſt pons lapideus apud London, & etiam tranſlata eſt virgo Sancta Friſwida. M. 1173.

Tranſlata eſt eciam Sancta virgo [7] Frideſwida apud Oxoniam, rege Henrico ibi tenente ſuum [8] cum 1180. dominis conſilium anno Domini M.C. [9] LXXX. Tranſlata eſt pridie Idus Februarii per Ricardum Cantuarienſem archiepiſcopum, & Ricardum Wintonienſem, Galfridum Elyenſem, Johannem [10] Norwicenſem, Petrum Menevenſem epiſcopos, & [11] nobilitate temporalium regni. Hujus regis filius nomine Henricus rex [12] ante patrem obiit, & Rothomagi ſepelitur, miraculis, ut dicitur, choruſcans. Qualitercunque vixit, bene tamen finivit. Iſte eciam rex in partibus tranſmarinis conſtruxit burgum & caſtrum de Beaumer̄ & Amaũdevile. Suo [13] etiam tempore, ſecundum Nicholaum Trevet in Chronica ſua, Fol. 126. a. erant multi nobiles cruciati in Terram Sanctam. Anglici, ut fertur, habebant cruces albas, Gallici rubeas, [14] &" [15] Flandriæ virides. Ex hoc [16] conjecturari poſſet, quod Anglici [17] tunc non habebant Sanctum Georgium pro patrono eorum, vel ad minus [18] tunc" non portabant crucem armis ſuis correſpondentem. Acta ſunt hæc die

---

1. Fuit *C. C.* 2. *Deſunt C. C.* 3. *Deſunt C. C.* 4. Autem *C. C.* 5. Autem *C. C.* 6. 1153. *C. C.* 7. Freſwida *C. C.* 8. In dominis *C. C.* 9. 55. *C. C.* 10. Norwicum *C. C.* 11. *Sic.* 12. Autem *C. C.* 13. Autem *C. C.* 14. *Deeſt C. C.* 15. *Sic.* 16. Conjecturi *C. C.* 17. Dum *C. C.* 18. *Deeſt C. C.*

XIII.

XIII. Januarii inter [1]Trimam & Giſorcium anno Domini [2]1188. præſentibus regibus Philippo rege Francorum, Henrico Anglorum, & Philippo comite Flandriæ. In coloribus autem crucis ceteri omnes ſe cum ſuis principibus conſtituerunt [3]conſiles quoque conformes. Hæc ille. Iſte rex Henricus primus regum Angliæ ſtatuit leones ſervandos in turri Londoniarum, teſte Giraldo Cambrenſi. Iſte rex Henricus terras hereditarias potenter pacificavit, Hiberniam potenti claſſe ſubjugavit, Scotiæ regno [4]capto capto rege Willielmo ſuo regno adiciens, ab auſtrali oceano uſque ad boriales Orcadum inſulas quaſi ſub una monarchia terras concludens, imperium ſuum egregie dilatavit. Quod quidem poſt tempora Julii Cæſaris [5]nullum legitur contigiſſe. In tranſmarinis partibus præter Normanniam, Aquitaniam, Andegaviam, & Cenomaniam quæ ad eum jure paternali [6]contingerant, Pictaviam [7]quoque", & Guaſconiam, & totam terram ,uſque ad Pirenos montes, qui Hiſpaniam ab aliis provinciis diſterminant, & ſunt montes Hiſpaniæ, quæ terræ ejus matrimonialiter obvenerant, Alverniam cum quibuſdam aliis terris ſuo dominatui ſubegit, ſolebatque inter ſuas ſæpe confabulationes dicere, "Totum mundum uni potenti viro ſatis parum eſſe." Atque [8]dum pene XXXV. annis regnaverat obiit. Sex luſtra de hiis data ſunt ei ad mundanam gloriam, ad converſionis tolerantiam, & ad devotionis experientiam. Eſt autem luſtrum ſpacium quinque annorum. Septimum vero luſtrum reprobo & ingrato inflictum eſt ei ad vindictam. Secundo namque ſeptimi luſtri anno evanuit conatus ejus, quem circa Johannis filii ſui in Hiberniam miſſionem paravit. Tercio anno qui nunquam prius quidquam amiſerat jam tunc Alverniam contra regem Franciæ perdidit. Quarto autem Bituricam, quinto urbes amiſit Cenomanicam & Turonenſem cum caſtellis multis, ymmo & [9]ſemetipſum. Hæc ille. Erat iſte rex, ſecundum Giraldum, ut ſupra, vir ſubrufus, amplo capite & pectore, oculis glaucis, voce quaſſa, corpore

[Margin: 1188.]

[Margin: Rex nobilis Henericus leones primus inſtituit. M.]

[Margin: Fol. 126. b.]

[Margin: Superbia regis Henerici ſecundi. M.]

[Margin: Sex luſtra. M.]

[Margin: Inflictum eſt ei ad vindictam. M.]

[Margin: Quem circa Johannes. M.]

---

1. Tinam *C. C.* 2. 1168. *C. C.* 3. *Sic.* 4. *Sic.* 5. *Leg.* nulli. 6. *Sic.* 7. *Deeſt C. C.* 8. *Leg.* cum. 9. Senielipium *C. C.*

carnoſo,

carnoso, cibo tamen & potu parcus; & ut pinguedinem
reprimeret corpus suum vexatione, venatione, statione
deambulatione vexabat. Statura erat mediocris, elo-
quens & literatus. In etiam militia strenuus, ad inter-
rogata providus, in bellis ambigua factaque formidans.
Humanior semper militi extincto quam [1] superstiti. Ur-
gentibus incommodis nemo benignior: & reassumpta
securitate nemo rigidior, acer in indomitos, clemens
interdum in subjectos, durus in domesticos, profusus in
extraneos, largus in publico, parcus in privato. Quem
semel exosum aut dilectum haberet, vix ad contrarium
flecteretur. Verbi spontaneus transgressor, morosus ad
cuncta responsor. quietis amator, sed nobilitatis oppres-
sor. Hæc ille. Et [2] quia mentionem fecimus de terris
Fol. 127. a. coronæ Angliæ subjectis, nunc de illis erit sermo meus
ad tempus. Tholosa. Secundum Nicholaum Trevet in
Chronica sua rex Angliæ Henricus secundus circa me-
1159. dium Quadragesimæ anno Domini 1159. movit exer-
citum contra Raimundum comitem S. Ægidii pro ci-
vitate Tholosana, quam uxoris suæ jure hereditarie ven-
dicavit: Cujus iste erat titulus. Robertus namque comes
[3] Moretonii, frater tamen uterinus regis Willielmi con-
questoris, unum filium habuit nomine Willielmum, &
tres filias, quarum unam duxit in uxorem comes Tolo-
sanus, germanus Raymundi comitis Sancti Ægidii, & ex
ea [4] unicam filiam generavit, quæ nupsit Willielmo duci
Aquitaniæ & comiti Pictaviæ, accipiens cum ea here-
ditatem paternam. Iste dux Willielmus impignoravit
Tholosam Raymundo comiti Sancti Ægidii, & ex ea
unicam filiam generavit [5] patruo uxoris suæ. Quo mor-
tuo, comes [6] Amfoncius Tholosam tenuit, & post [7] eum"
comes Raymundus filius ejus. Et Willielmus dux, qui
Tholosam primo impignoravit, genuit in filium alium
Willielmum ducem ex filia & herede comitis Tholosani,
qui paternæ etiam maternæ hereditatis legitimus [8] suc-
cessitor genuit filiam & heredem Alienoram reginam,

1. Superstiti, plus mortuus lugens quoniam vivus adamans. Urgentibus *C. C.* 2. Quod *C. C.* 3. Moreton *C. C.* 4. Unam *C. C.* 5. Paterno *C. C.* 6. Allfontius *C. C.* 7. *Deest C. C.* 8. *Sic cum duobus punctis, ut sit* successor. *At* successit *in C. C.*

uxorem regis Angliæ Henrici secundi, secundum Willielmum Newburgensem libro secundo capitulo decimo. Fol. 127. b.
"Comes Pictavensis, qui & erat dux Aquitaniæ, avus "Alienoræ, primo Francorum deinde Anglorum reginæ, "cum esset in expensis [1] quam deceret profusior, & pro"priorum reddituum [2] quantalibet affluentia tantæ vora"gini non sufficeret, accepta à comite Sancti Ægidii, "viro pecunioso, pecunia copiosa, nobilem [3] illi cum per"tinenciis civitatem Tholosam apposuerat, sicque de"cedens solutionem ad filium transmisit. Qui patris ve"stigia sua prodigalitate sequens, liberandi pignoris in "heredes transfudit negotium. Reliquit autem unicam "filiam heredem, nomine Alianoram, quam cum regi "Francorum Lodowico maritasset, idem rex Lodowicus "nomine [[4] dotis vel uxoris"] Tholosam recepit, comes "vero Sancti Ægidii nil quidem juris obtendens, sed "tantum Tholosæ totus incumbens, tandem oportuni"tatem nactus regem nuptiis germanæ placuit, Constan"ciæ scilicet, Eustachio, regis olim Anglorum Stephani "filio, nuptæ, & post mortem ejus ad fratrem reversæ. Ad fratrem reversæ, M.
cum

"Verumtamen postea celebrato inter regem Francorum "& uxorem ejus Alianoram prædictam divortio, eadem"que ad nuptias transisset Anglorum regis Henrici se"cundi, mota est rursum [5] quæstio super Tholosa justis Fol. 128. a. "heredibus resignanda. [6] Memorato vero comite ne"gante, & suæ possessionis rege Francorum laudante "auctorem, rex Anglorum Henricus secundus, contracto "ex universis terris suis exercitu, Gasconiæ fines ingres"sus est ad obsidionem Tholosæ. Auxerunt exercitum "suum plures amici, præcipue ille magnus comes Ber"cionensis. Comes tunc Sancti Ægidii timens exerci"tum regis Anglorum, regis ideo Francorum, qui uxoris "suæ germanus & filiorum erat avunculus, auxilium im"ploravit. Qui igitur cum aliquantula militia civitatem "Tholosam in comitis Sancti Ægidii auxilium confestim "introivit." Hæc Willielmus Nuburgensis. Est autem in Bercionensis comes, comes tunc Sti. Ægidii. M.

1. Quando deficeret profusorum *C. C.* 2. Quantalibus *C. C.* 3. Illam *C. C.*
4. *Desunt C. C.* 5. Quum *pro* quæstio *in C. C.* 6. Memorat *C. C.*

T ipsa

ipsa civitate Tholosa nobilis Universitas. Aliud est nobile municipium dictum Tholetum. Et sicut Christiani Tholetum gratia scolæ & literaturæ frequentant, sic faciunt Saraceni apud Hispalim, quam Sibillam vulgariter
1180. vocant. Et secundum Trevet anno Domini M. [1]C.LXXX. rex de Marroc reddidit regi [2]Sciciliæ duas civitates, scilicet Affricam & Sibillam. Et Sanctus Isidorus olim Hispalensis episcopus erat post Leandrum episcopum, & corpus Sancti Isidori per Aldefonsum regem Galaciæ Toletum est translatum. Est autem Hispalis sive Sibilla
Fol. 128. b. caput regni. Ibi floret nigromantia per scolares divinationibus & incantationibus ibi studentes. Et [3]nota quod nil, quod per nigromantiam fit, potest in aqua aspectum intuentium fallere. Toletum est caput Hispaniæ. Hîc eciam nota de virtute ignis. Secundum quod legi, habet naturam solidandi inconstantia. Nam legi insulas in mari ascendendo apparuisse & sæpius iterum demergi; sed quadam vice nautæ ipsis apparentibus sagittas ignitas illis sagittarunt, & quotquot ignis sagittatus tetigit, usque hunc diem siccæ permanent, & non dimersæ. In quodam libro de vita Sancti Thomæ Cantuariensis archiepiscopi & martyris habetur: Dum Sanctus Thomas ante archiepiscopatum cancellarius Angliæ existens, in exercitu & obsidione Tholosæ erat præsens cum rege, de propria familia electam manum militum, septingentos videlicet milites, habebat. Et si ejus consiliis rex paruisset, sine dubio regem Franciæ & urbem Tholosam cepisset. Nam suaserat regi, ut urbem insultaret cum illo grandi suo exercitu. Sed alii aliud dederunt consilium, ut desisteret ob reverentiam regis Franciæ domini sui inclusi infra urbem, dicente
Sanctus Thomas.M. in contrarium Sancto Thoma tunc cancellario, quod personam domini rex Francorum ibi deposuisset, dum hostem se ei opposuisset. Non multo post congregata Francorum militia reges Angliæ & Scotiæ à proposito
Fol. 129. a. suo frustravit. Recedente sic rege ad munitiones regias ibi tuendas, aliis dominis laborem recusantibus, solus Sanctus Thomas cancellarius cum familia sua & cum

1. 60. C. C. 2. Scilicia C. C. 3. Non quod vel quoque per C. C.

Henrico

Henrico de Essexia constabulario regis Barone remansit. Et postea tria castra munitissima, quæ inexpugnabilia videbantur, ipsemet cancellarius, lorica indutus & galea, cum suis in forti manu cepit, sed & Garonnam [1] flumen pertransiit supra hostes, & [2] confirmatus in regis obsequium tota illa provincia gratiosus & honoratus rediit. Postmodum autem in guerra regis Francorum & domini sui regis Angliæ in marchia ad communem terminum terrarum suarum inter [3] Gisorcium & Triam & Curcels, cancellarius, præter propriæ familiæ septingentos equites, alios mille ducentos stipendiarios milites habebat, & IIII. milia servientium habebat per unam quadragenam, & cuilibet militi omni die dabantur ad equos & armigeros procurandos tres solidi illius monetæ, ipsique milites omnes ad mensam cancellarii erant. Et ipsemet cum clericus erat cum valente milite Francorum Engelranno de Tria è regione [4] subditus equo calcaribus veniente armato lancea demissa & equo admisso congressus, ipsum equo dejecit, & [5] dextrarium lucrifecit. Ejus fama Fol. 129. b. ob militiam suam indies crescente, carus & non hostis regi Francorum ejus magnatibusque habebatur. quam gratiam ipse rex Franciæ postmodum tempore opportuno sibi exhibuit. Erat [6] siquidem Sanctus Thomas placido vultu & venusta statura procerus, naso eminentiore & parum inflexo, eloquio comis ac ingenio subtilis, animo magnus, cunctis amabilis, oppressis & pauperibus compatiens, elatis resistens, & omnibus valde facetus. Item Herbertus de vita Sancti Thomæ dicit, quod sua industria quinque munitiones, Gisorcium scilicet & alias quatuor in Franciæ & Normanniæ sitas confinio, domino suo regi Angliæ, ad cujus jus ab antiquo spectare noscebantur, à rege Francorum per matrimonium absque gladio & hasta in omni regum dilectione adquisivit. [7] Unde bene cuique datur intelligi, quod Deo carus fuit, & à regibus & principibus intime amatus. Sed hîc attende pro Tholosa secundum Trevet, quod anno Domini M. C. [8] LXXIII. comes Sancti Ægidii

1. Flumine *C. C.* 2. *Leg.* confirmata. 3. Enforcium *C. C.* 4. *Leg.* subditis. 5. Dextrum *C. C.* 6. Quidem *C. C.* 7. Verum bene *C. C.* 8. 53. *C. C.*

pacificatus est cum Henrico secundo rege Angliæ, facto sibi, Ricardo filio suo duci Aquitaniæ & comiti Pictaviæ homagio pro Tholosa per servicium centum militum annuatim per XL. dies ad tempus. Ut scribit Willi-
Fol. 130. a. elmus Newburgensis in Chronica sua libro secundo cap. VII. illustris comes Andegavensis Gaufridus cognomento Plantagenet ex Matilda, olim Imperatrice, filia Henrici primi regis Anglorum, tres susceperat liberos; Henricum, postea regem Angliæ, Gaufridum & Willielmum. Cum ergo ad Henricum primogenitum paterni materníque juris spectaret integritas, ideo providens reliquis in extremis agens, medio [1]filiorum" comitatum ANDEGAVIÆ in testamento reliquit. Sed quia tunc Anglia sub eventu pendebat ambiguo, cum Henricus, inquit, plenitudinem optinuerit juris materni, id est, Normanniam pacifice cum Anglia, Gaufrido fratri suo jus paternum integre dimittat; interim vero Gaufridus tribus castellis non ignobilibus, scilicet, Chymone, Leoduno & Mirabello, sit contentus. Et quoniam Henricus tunc aberat, episcopos & nobiles qui aderant adjuravit, ne corpus suum sepulturæ traderetur nisi prius præstito Henrico sacramento paternum testamentum minime violaret. Sed cum venerat filius, ex relatis stupefactus est, & quid faceret dubitavit. Conclamantibus omnibus, ne sempiternum dedecus inde sequeretur victus, sacramentum non sine fletu præstitit. Et postea misit summo pontifici domino papæ pro absolutione, exponens in qua necessitate compulsus quod nesciebat juraverat. Et quoniam extorta juramenta vel vota non obligant nisi forte ex conse-
Fol. 130. b. quente consensu convalescant, igitur faciliter ab illo absolutionem impetravit. Et ea ratione tutus nec [2]paterni testamenti nec proprii juramenti contemplatione fratri satisfacere voluit. Unde ille indignatus, tribus prænominatis castellis, quæ pater ei reliquerat, contra omnes, ut putabat, casus munitis, vicinas turbabat provincias. Rex autem exercitu propere congregato, Chymonem, castrum scilicet sic dictum, quod tantæ erat firmitatis, ut in eo tuendo muniendoque natura & operatio hu-

1. *Deest C. C.* 2. Primi *C. C.*

mana

mana concertare viderentur, obſedit, & in brevi proditione optinuit. Fratri humiliato & [1] ſupplici veniam dedit, caſtelliſque nudato, ut occaſionem ſuperbiæ tolleret, terram planam conceſſit, ex qua [2] fructum utilitatis proveniret. Cumque idem mœrore contabeſceret, nunc fratris duritiam, nunc fortunæ cum gemitu accuſaret invidiam, felicior eum ſubito [3] exhileravit eventus. Comes enim [4] præclaræ urbis Nammarenſis, quæ eſt in confinibus Britanniæ Minoris, cum vel in quo ſibi complaceret dominum non habentes, ejus induſtria & ſtrenuitate invitati eum ſibi neceſſarium tunc circumquaque dominum elegerunt, atque ad hoc vocato civitatem cum adjacente provincia tradiderunt; at non diu hac felicitate poſſeſſum mors inmatura ſuſtulit. Moxque eandem civitatem comes Richmundenſis, qui tunc tranſmarine magna ex parte præſidebat, tanquam verus poſſeſſor [5] intravit. Quibus auditis, rex Henricus dato mandato Richmundenſem comitatum fiſco applicari juſſit, & illico Normanniam ex Anglia transfretavit, & civitatem [6] Nammacenſem tanquam jure fraterno ſucceſſionis repoſcens, eundem comitem magni apparatus terroribus [7] ita" præſtrinxit, ut reſignata ſibi civitate dictum regem Henricum toto conatu placeret.

Urbs NAMARCENSIS. M.

Fol. 131. a.

ANDEGAVIAM cum pertinentiis reges Angliæ tenuerunt, quouſque mediis [8] Willielmi de Pole, ducis Suffolchiæ, ſponte reſignata eſt per regem Henricum ſextum Reynero regi Siciliæ, duci Lothoringiæ, ac patri Margaretæ reginæ Angliæ, uxoris prædicti regis Henrici ſexti. Et, ut cœpi dicere, rex Henricus [9] primus poſſeſſionatus eſt in CENOMANIA jure materno. Nam, ſecundum Willielmum de regibus, quidam Herbertus filius Hugonis comitis Cenomaniæ habuit in uxorem filiam Willielmi tunc ducis Normanniæ, poſtea regis Angliæ. Et ſtatuit ipſe comes Herbertus, quod ſi ipſe [10] ſine prole obiret, quod tunc ipſe dux Willielmus, pater iſtius regis Angliæ Henrici primi, ejus foret heres, & ad hoc dictus comes

1. Supplico *C C.* 2. *Sic.* 3. *Sic.* 4. Præclarus *C.C.* 5. Intonuit *C.C.* 6. Mammarenſem *C. C.* 7. *Deeſt C. C,* 8. Villis de Pole *C. C.* 9. Primus Angliæ poſſ. *C. C.* 10. Super prole *C. C.*

Herbertus

Herbertus fecit cives proprios adjurare. quod & factum est. Et sic devenit ad ducem Willielmum illud dominium. Sed Herberto comite defuncto Cenomanenses cives per-
Fol. 131. b. juri magis ad Walterum Medantinum, cui soror Hugonis nupserat, adhæserunt. Iste Walterus ex Goda, sorore Sancti Edwardi regis & confessoris, genuit Radulphum comitem Herfordiæ. Quæ Goda postea nupsit Eustachio comiti Bononiæ. Sed, ut vult Henricus Huntingdon libro octavo cap. primo, Helias consul Cenomaniæ, qui eam sub rege Henrico primo tenuerat, vita privatus est, ac consul Andegavensis suscepit cum filia ipsius & tenuit cum pertinentiis contra Henricum regem. Ex quo comite Andegavensi successit rex Angliæ Henricus 2dus. & sic tam jure paterno quam materno devenit sibi Cenomania. Secundum Trevet in Chronica sua anno Domini M. CC. LIX. rex [1] Angliæ" Henricus in Gallias transfretans à rege Francorum petiit restitutionem terrarum injuste ablatarum per avum suum Philippum, & per Lodowicum filium ejus injuste retentarum. Tunc [2] Gallici contra regem, hîc & specialiter Normanniæ dominationem antiquam fuisse coactam & non spontaneam sed vi extortam. Nec regi [3] Angliæ tutum videbatur jam prœlio decertare. Pacem igitur compulsus [4] hanc" dimisit, solutis sibi [5] à" rege [6] Francorum trecentis milibus librarum Turonensium parvorum, [7] promissaque restitutione terrarum ad valorem XX. M[l]. librarum annui census omnibus terris in manu regis [8] Francorum existentibus resignavit pure & plene. Et exinde literarum
Fol. 132. a. suarum abbreviavit titulum, ut nec ducem Normanniæ nec comitem Andegaviæ se deinceps vocaret.

Ducatus Normaniæ hereditarie venit ad regem Willielmum Conquestorem, & ab ipso successive ac hereditarie devenit ad suos posteros reges Angliæ. Quam iterum rex Henricus quintus conquisivit à rege Franciæ, & Rollo primus dux Normanniæ habuit eam sibi & suis heredibus ex dono Caroli Calvi regis cum Gisla filia sua; qui Rollo in baptismo dictus est Robertus. Addidit sibi

1. *Deest C.C.* 2. Gallia *C.C.* 3. Anglorum *C.C.* 4. *Deest C.C.* 5. *Deest C.C.* 6. Franciæ *C.C.* 7. Permissaque *C.C.* 8. Franciæ *C.C.*

ex

ex dono dictus rex ducatum BRITANIÆ MINORIS tanquam appendicium Normanniæ. Habuerunt eciam duces Normanniæ hoc privilegium, quod possent licite in omni parliamento & collocutione regis [1] Francorum & ducis dux licite intrare locum Parliamenti cum gladio suo ad femur ejus accincto: regem vero nec gladium nec cultellum ferre liceret. Ricardo primo duce Normanniæ in [2] pueritia existente rex Franciæ Normanniæ Rothomagi captus tam diu invitus detentus est donec hoc concederet. Willielmus [3] Malmesburiensis & Vincentius Speculo Historiali libro XXVI. cap. [4] LXXXVIII. Andegavia tenetur de comite Pictavensi, & Fulco antiquus comes Andegaviæ reversus à Terra Sancta filium tenuit Gaufridum [5] cognomento Martellum, quod [6] cognomen sibi usurpaverat, quia videbatur sibi omnes sibi resistentes felicitate quadam contundere. Iste dominum suum comitem Pictavensem, à quo Andegaviam tenuit, aperto Marte cepit, ferreisque vinculis innodatum ad ignobilis Fol. 132. b. pacis conditiones coëgit, ut Burdegalia civitate cederet & finibus ejus, & de ceteris annuale vectigal pensitaret, qui captus pro ferri injuria & ciborum inopia per triduum defunctus est. Cujus novercam Martellus duxit, fratres in tutelam suscipiens. Mox Theobaldi Blesensis [7] comites ingressus limites, urbem Turonicam obsedit & ipsum comitem, qui captus & carcere inclusus urbem sibi omnibusque suis imperpetuum heredibus abjuravit. Sciendum est, quod anno Domini M. C. XXXVI. Willielmus dux Aquitaniæ & comes Pictaviæ existens ad Sanctum Jacobum peregre proficiscens in die Parasceues obiit, & sepultus est in ecclesia Sancti Jacobi coram summo altari. Iste diu & comes Willielmus [8] masculum sed masculinam reliquit post se duas filias, quarum primogenitam Alienoram in hereditate paterna integraliter sibi statuit successuram, suosque instante morte adjuravit proceres, ut dictam primogenitam filiam suam juniori regi Francorum Lodowico cum integro ducatu traderent in uxorem. Coronaverat Lodowicus rex Franciæ

1. Franciæ *C. C.* 2. Provincia *C. C.* 3. Magnus & Vinc. *C. C.* 4. 68. *C. C.*
5. Cognomine *C. C.* 6. Nomen *C. C.* 7. *Sic.* 8. *Hoc modo ista sese habent.*

senior

ſenior filium ſuum & Lodowicum nomine in regem
ipſo adhuc ſuperſtite & regnante. Pater igitur auditis
hiis miſit filium ſuum prædictum Burdegaliam, ut ipſam
puellam duceret in uxorem & ducatum ſuſciperet ante-
dictum. Francorum rex pater poſt nuptias has moritur
Fol. 133. a. [1] inter menſem, ſcilicet anno Domini M. C. [2] XXXVII.
[3] Regnavit igitur rex iſte & regina ſimul ſine prole uſ-
que ad annum Domini M. C. LII. Quo anno, probata
inter eos conſanguinitate, celebratum eſt divortium in-
ter eos. ac eodem anno Henricus dux Normanniæ ac
comes Andegaviæ filius Matildis imperatricis ex marito
ſuo ſecundo, ſcilicet Gaufrido comite Andegavenſi co-
gnomento Plantagenet, ipſam Alianoram accepit [4] ma-
trimonialiter in uxorem. Hæc autem Matildis filia fuit
Henrici primi regis Angliæ, qui fuit filius regis Willi-
elmi Conqueſtoris. Ipſiſque ſubmerſis fratribus in rede-
undo de Normannia, ſola remanſit [5] habens jus in
regnum Angliæ in ſe & in ſuis filiis ſecundum lineam
deſcendentem. Iſte Henricus mortuo ſuo patre factus eſt
comes Andegaviæ & etiam Cenomaniæ, & ex [6] conceſ-
ſione matris adhuc viventis dux Normanniæ, ac per uxo-
rem ſuam antedictam erat dux Aquitaniæ, & mortuo
rege Stephano anno Domini M. C. LIIII. octavo Kal. No-
vembris eodem anno Idus Decembris cum gaudio magno
receptus eſt in Anglia, & dominica ante nativitatem Do-
mini, quæ fuit XIIII. Kal. Januar. apud Weſtmonaſte-
rium coronatus eſt in regem Angliæ, matre ejus ſuper-
ſtite, & unctus à Theobaldo archiepiſcopo Cantuarienſi
anno ætatis ſuæ [7] XXII. Et ſic tam ſua quam uxoris ſuæ
Fol. 133. b. ampla hereditas ad reges Angliæ integraliter eſt extunc
1169. devoluta. Trevet anno Domini M. C. [8] LXIX. In Epipha-
nia Domini Henricus, filius regis Henrici ſecundi, fecit
regi Franciæ homagium pro Andegaviæ comitatu. Con-
ceſſit ei rex ut eſſet ſeneſcallus Franciæ, quod ad Ande-
gavenſem comitatum noſcitur pertinere. Hanc ſeneſ-
calliam, vel, ut antiquitus dicebatur, majoratum domus

---

1. Infra menſem Septembris anno *C. C.* 2. 34. *C. C.* 3. *Sic.* 4. Matrimonialem *C. C.* 5. Hujus *pro* habens *in* *C. C.* 6. Confeſſione *C. C.* 7. 27. *C. C.* 8. 49. *C. C.*

regiæ,

regiæ, Robertus rex Franciæ dedit Gaufrido Griſogonella comiti Andegavenſi propter adjutorium quod ei impendit contra Othonem imperatorem. Dedit etiam ei quicquid habebat in Andegavenſi epiſcopatu. Poſtea vero cum Galfridus comes Perticenſis & David Cenomanenſis contra eundem regem Robertum [1] rebellaverunt, eodem comite Andegavenſi adjuvante, obſedit rex caſtrum Moritonii quod erat comitis Perticenſis. Et [2] quia David comes Cenomanenſis evocatus ad regem Franciæ venire contempſit, dedit rex præfato comiti Andegavenſi homagium illius & quicquid habuit ibi, & illam civitatem Cenomanenſem & quicquid habuit in epiſcopatu Cenomanenſi. Henricus [3] etiam filius regis Henrici ſecundi fecit fidelitatem Philippo filio Lodowici regis Franciæ. Et Galfridus filius regis Angliæ jubente patre fecit homagium Henrico fratri ſuo de ducatu Britaniæ ut domino ſuo. VASCONIA dicto regi Henrico primo ſubjecta, ſecundum Trevet, anno Domini M. CC. XXXIX. olim habuit regem. Cujus caput eſt civitas Baiona. Vaſconia, ſecundum Mathæum Pariſienſem, anno Domini M. CC. [4] LXXV. conceſſa fuit regi Hiſpaniæ Aldephonſo à rege Angliæ Henrico ſecundo cum filia ſua Alianora anno Domini M. C. [5] LXIX. unde habuit ſeiſinam, & cartam, & confirmationem à regibus [6] Anglorum Ricardo primo & Johanne. Unde Aldefonſus, Ferrandi regis filius, rex Hiſpaniæ anno Domini M[l]. CC. LIII. compoſuit cum rege Angliæ Henrico tercio, ut ſororem ſuam deſponſaret, & quilibet eorum alterum [7] juvaret in neceſſitate, & Vaſconiam quietam clamavit regi Angliæ & heredibus ſuis. Et, ut ſcribit Nicholaus Trevet, ante hos dies, videlicet anno Domini M. CC. XXXIX. Simon de Monte forte comes Leiceſtriæ duxit in uxorem ſororem regis Henrici tercii, cui rex dedit ſeneſcallatum Vaſconiæ. Tunc induxit regem Henricum tenere, quod [8] terram Vaſculorum (cujus caput eſt civitas Baiona & olim regnum fuerat) co-

Fol. 134. a.

1. Debellaverunt *C. C.* 2. Quod *C. C.* 3. Autem *C. C.* 4. 55. *C. C.* 5. 49. *C. C.* 6. Angliæ *C. C.* 7. Juraret in Vaſconia adipiſcenda, & Vaſconiam *C. C.* 8. Terra. *C. C.*

gnosceret esse de feodo regis Franciæ, ut sic regis Castelliæ actionem excluderet, qui terram illam ad feodum regni Hispaniæ asseruit pertinere. Et, secundum

COMITATUS MARCHIÆ in Pictavia.

[1] eundem" Trevet, anno Domini M[l]. CC. XLII. Lodowicus rex Franciæ infestavit Hugonem comitem Marchiæ propter homagium Alfonso Pictavensi [2] comiti denegatum. Per hoc evidet, quod tenetur de comite Pictavensi". Iste comitatus hereditarie devenit ad comites de Wygmore in Anglia cognomine Mortimer, qui [3] per

Fol. 134. b.

matrimonium habuerunt dominia de [4] GENEVILE & comitatum VLTONIÆ sive de Ulster in Hibernia, & vocati sunt comites Marchiæ causa ut [5] supra. Quorum integra hereditas devoluta est Edwardo IIII[to]. regi Angliæ. Nam Hugo Broun comes Marchiæ prædictus genuit Hugonem comitem ex Isabella regina Angliæ filia comitis Engolismi & herede, quæ nupsit [6] Petro domino de Genevyl. Quorum Johanna filia & heres nupsit Rogero dicto Mortimer domino de Wygmore, & jure uxoris fecit se comitem Marchiæ in partibus Pictaviæ. Cujus filius Edmundus duxit in uxorem Philippam, filiam & heredem Leonelli ducis Clarenciæ, secundi filii Edwardi tercii & uxoris suæ filiæ & heredis Willielmi de Burgh comitis de Ulster sive Ultoniæ in Hibernia. Qui genuerunt Rogerum comitem Marchiæ, qui genuit comitem Edmundum sine liberis mortuum, & eciam Annam comitissam Marchiæ, uxorem Ricardi comitis Cantebrigiæ, de quibus genitus est Ricardus dux Eborum, pater Edwardi IIII[ti]. regis Angliæ. Anno Domini M[l]. CC. [7] LXX. VI. obiit regina Castelliæ nomine . . . . mater Alianoræ reginæ Angliæ, uxoris Edwardi primi regis Angliæ. Cui jure hereditario post mortem matris devolutus est PONTUNI comitatus. De jure Angliæ ad regnum [8] Cipriæ vide infra tempore regis Ricardi primi. Rex Angliæ

Fol. 135. a. CORONA FRANCIÆ.

Edwardus secundus duxit in uxorem unicam filiam Philippi regis Franciæ nomine Isabellam; cujus fratres ex utroque parente Lodowicus, Philippus, Karolus qui in-

1. *Deest C. C.* 2. *Desunt C. C.* 3. Pro matrimonio *C. C.* 4. Geneville *C. C.* 5. Super *C. C.* 6. Domino Petro domino *C. C.* 7. 56. *C. C.* 8. Cipres *C. C.*

vicem

vicem ob prolis carentiam in throno regali Franciæ successerunt. Jus igitur devenit ad ipsam Isabellam reginam, quæ de marito suo Edwardo prædicto genuit Edwardum tercium. Sed ne illa hereditaret, Franci in quodam Parliamento suo talliaverunt coronam Franciæ heredibus masculis tantum, & elegerunt eis regem, qui per unum gradum consanguinitatis erat remotior à jure coronæ quam erat Edwardus tercius rex Angliæ, qui coronam illam sibi ex jure materno vendicavit. Rex Edwardus III. erat verus heres Franciæ jure matris Isabellæ reginæ, filiæ regis Franciæ & sororis tunc regis. Ipse Edwardus erat in primo gradu distans ab isto ultimo ante eum rege mortuo. Recusaverunt proximum sibi heredem, & elegerunt pro eo Philippum collateralem in secundo gradu consanguineum Philippum de Valoys, linea recta relicta pro collaterali consanguineo in ulteriori gradu, puta secundo gradu, ascendendo retrorsum contra omnem conscientiam, & exheredaverunt reginam & Isabellam prædictam & eciam patrem suum. Et in hoc agendo ex mera invidia fecerunt contra jus & conscientiam. Nam, ut habetur in Sacra Scriptura, Numeri XXVII. "dixerunt Moysy & Aron, causa vero "judicii venerunt quinque filiæ Saphet dicentes, Pater "noster mortuus est, cur tollitur jus ejus de familia sua? "Filium non habet, date nobis possessionem patris no-"stri." Deus super consultus dixit Moysi, "Justam rem "petunt filiæ Salphat." Ecce hîc talliatio hereditatum ad [1] masculos feminino sexu excluso à Deo dampnatur, cum dicit Dominus, "Justam rem petunt filiæ Salphat." Talium igitur talliatorum ad [2] masculos tantum erit perpetuus cautus væ! væ! væ! quantæ sunt tenebræ! quia ut cœci viam Dei & veritatis relinquunt, in propriis tenebrarum adinventionibus spaciantes, juxta illud Isaiæ x. "Væ! qui condunt leges iniquas, & scribentes "injustitiam, ut opprimerent in judicio pauperes, & "vim facerent causæ humilium populi mei, ut essent vi-"duæ præda eorum & pupillos deriperent." Et sequitur quod talibus minatur Deus, quod, "locis refugii care-

Fol. 135. b.

1. Masculinos femineo *C. C.* 2. Masculinos *C. C.*

"bunt, & vinculis ſub Deo incurvabuntur, & cum inter-
"fectis cadent." Ecce quod cautus eorum erit ſemper
væ! væ! Exheredarunt Iſabellam reginam, regis Caroli
ſororem & heredem, mortuo marito rege Angliæ Ed-
wardo ſecundo viduam. Exheredaverunt etiam regem
Edwardum tercium parentibus ſuis mortuis quaſi pupil-
lum & orphanum. Nam ubi ſupra fratribus ſine exitu
defunctis ſuccederet ſoror fratri in hereditate paterna,
& [1] concluſionaliter hereditas daretur proximiori in ſan-
Fol. 136. a. guine ſive maſculo ſive feminæ. Ideo Deus dixit Moyſi,
" Juſte petierunt filiæ Salphat." Iſte Salphat mortuus eſt
judicio, quia contra legem collegit ligna in ſabbato, ut
habetur Numeri xv. non tamen perdidit ſequela ſua jus,
quod ipſe & ſui haberent in terra promiſſionis ſibi in
futuro in ſuis aſſignand̄. Edwardi tercii quondam legiti-
mus ſucceſſor dictus rex Henricus quintus Conqueſtor
Normanniæ acceptus eſt pro vero herede regni Franciæ
ſub firma cartarum ſigillatione. Et juraverunt ſibi pro-
ceres Franciæ fidelitatem. Filius etiam ſuus rex Henri-
cus ſextus dominica qua tunc cantabatur *ô Sapientia*
anno Domini m^{l}. cccc. xxxi. Pariſius ſolempniter in re-
gem Franciæ eſt coronatus. Carta prædicto regi Hen-
rico quinto facta erat hac in ſententia: " Carolus Dei
"gratia rex Franciæ univerſis præſentes literas inſpectu-
1. "ris ſalutem &c. Concluſum eſt & concordatum, Quod
"conſanguineus noſter Henricus rex Angliæ habebit in
"conjugem præclariſſimam puellam noſtram & illuſtriſ-
"ſimæ conthoralis noſtræ filiam Katerinam. Item, Quod
2. "durante vita noſtra corona Franciæ nobis remaneat
"cum redditibus & aliis eidem pertinentibus. Item,
3. "Quod poſt obitum noſtrum corona Franciæ cum per-
"tinentiis remaneat conſanguineo noſtro cariſſimo Hen-
Fol. 136. b. "rico regi Angliæ & heredibus ſuis pro imperpetuo.
4. "Item, [2] quia infirmamur, volumus quod dictus conſan-
"guineus noſter regnet ſub nobis durante vita noſtra.
5. "Item, Quod omnes ſubditi noſtri de quocunque ſtatu
"vel gradu fuerint eidem faciant fidelitatem. Item,
6. "Quod filia noſtra dotabitur in Anglia ſecundum mo-

1. Concluſionalem *C. C.* 2. Quod infirmari *C. C.*

"dum

"dum consuetum reginarum Angliæ, scilicet in XL. M^l.
"scutorum annuatim, quorum duo valent unum nobile
"Anglicanum. Item, Quod dictus consanguineus no- 7.
"ster laboret ad subdendum loca nobis rebellantia ex parte
"Dolphini vel comitis Darminake, & præcipue ea quæ
"sunt circa flumen Ligeris. Item, quod omnia loca 8.
"nostra conquesta per eundem extra Normanniam fiant
"ad utilitatem nostram. Item, Quod ducatus Norman- 9.
"niæ semper remanebit coronæ Franciæ sub ejus obedi-
"entia & marchia. Item, Quod omnes personæ nobis 10.
"faventes per hoc conquestum à suis terris vel ecclesiis
"expulsæ restituantur, præstitis sacramentis de fidelitate.
"Item, Quod in omnibus locis literæ & justitiæ durante 11.
"vita nostra sub sigillo nostro sigillentur. Et in propriis
"causis vel regenciam suam tangentibus durante vita no-
"stra scribat sub sigillo suo. Item, Quod Parliamenta ser- 12.
"ventur in locis nobis nunc aut in futuro subjectis.
"Item, Quod idem consanguineus noster in primordio 13.
"regenciæ suæ juret idem juramentum quod reges &
"regentes Franciæ jurare consueverunt. Item, Quod 14.
"secundum [1] scire suum semper faciet bonos officiarios. Fol. 137. a.
"Item, Quod singulæ ecclesiæ, Universitates, studia ge- 15.
"neralia & collegia studentium, & alia loca ecclesiastica
"gaudebunt antiquis privilegiis. Item, [2] Quod quod 16.
"consimiliter se habeat de temporalibus, civibus, villis
"& personis. Item, Quod judicabit secundum anti- 17.
"quas leges regni Franciæ & consuetas. Item, Quod 18.
"dictus consanguineus noster durante vita nostra non
"scribat in literis suis nominando se regem Franciæ, sed
"ab eodem nomine se penitus abstineat. Item, Quod 19.
"nos ad totam vitam nostram nominabimus, appellabi-
"mus, & scribemus in lingua [3] Gallicana hoc modo,
"scilicet, [4] *Trecher filz Henr̄ roy* [5] *Dangleter hereteur de*
"*Francz*" &c. Istæ apunctuationes erant factæ ad conventum personalem regum XII. Kal. Julii anno regni domini regis Karoli XLIII°. Et primo die Junii fuit facta proclamatio in Anglia de perpetua inter regna pace.

---

1. Stirpem *pro* scire *in C.C.* 2. *Sic, cum duplici* quod. 3. Gallica *C.C.*
4. Trechesi *C.C.* 5. Danguet *C.C.*

Et,

Et, ut habetur supra, filius & heres dicti Henrici quinti sanctissimæ diebus suis vitæ vir modo choruscans gloriosis & multiplicibus miraculis, rex Henricus sextus Parisius in regem Franciæ fuit solempniter coronatus anno IX. ætatis suæ, anno videlicet dominicæ incarnationis

Fol. 137. b. Ml. CCCC.XXXI. ad fortificationem tituli sui Franciæ. Et, secundum Trevet, rex Henricus secundus fecit lata fossata inter Franciam & Normanniam pro resistentia. Expulsis primis Britaniæ [1] habitatoribus & penitus destructis in magno numero, ab hoc regno gigantibus ex incubis de mulieribus genitis exulatis per Britones, teste historia Britonum, occupatum est regnum multis millenariis annorum per Britones, sic dictos à primo eorum rege Bruto de nobili Trojanorum sanguine, qui summo honore regnum istud Britaniæ occupantes multa laude digna fecerunt. Nec hac insula contenti conquestu eis alias regiones subjecerunt. Unde inter cetera rex Britaniæ Gurguncius navigium ducens in Daciam seu Danmarchiam, tributum [2] sibi negatum & patri suo nobili regi Bellino prius solutum durissimis prœliis regem Danmarchiæ interfecit, patriamque pristino jugo tunc supposuit. Et redeundo triginta naves obviam habuit de viris & mulieribus plenas, quorum dux Protholoi nomine adorato rege veniam & pacem rogavit. Dicebat autem se ex parte Hispaniarum expulsum fuisse cum suis adhærentibus, & maria illa circuire ut loca habitationis haberent. Petebat tunc humiliter ab eo portiunculam Britaniæ ad inhabitandum pro se & suis. Anno, ut dixit, & dimidio in mare erraverant. Quibus tunc con-

Fol. 138. a. cessit rex insulam Hiberniæ, quæ tunc omni incola caruerat, de se sub tributo de suis imperpetuo tenendam; ubi creverunt in gentem magnam. Multis post hoc annorum curriculis Marius rex Britaniæ quintus post Jesu Christi Salvatoris nostri nativitatem magna multitudine populum sub rege eorum Roderico nomine in aquilonari parte Britaniæ vicit, peremptoque eorum rege devicto populo Catenesiam sub tributo dedit ad inhabitandum. Et hii Picti dicebantur. Qnibus Scoti, hoc est,

1. Hereditatoribus *C. C.* 2. *Sic hæc concipiuntur.*

Silvestri

Silvestri Hibernienses, adjuncti in parte septentrionali ab eis dominos Pictorum quadam vice [1] proditorie interfecerunt. Effugientes alii residui cum aliis eis aliarum nationum additis in mare cum navibus fugientes sedem ceperunt in loco qui ab eis in hodiernum diem Pictavea nuncupatur. Certo post hoc annorum curriculo rex Britaniæ Maximus nomine conquesivit illam partem Franciæ, quæ ab incolis per eum introductis usque in hunc diem dicitur Britania Minor, Britonum sive Wallensium [2] lingua loquentes in multis. Quantas provincias postea ille nobilis rex Arthurus conquesivit non est facile dictu. Sed demum Britonibus per Saxones subpeditatis, fugerunt qui poterant in occidentales regni partes (quæ nunc pars Wallia dicitur) pro magno timore, ut cera à Fol. 138. b.
facie ignis. Et dividitur illa pars in tria, scilicet in Demeciam, hoc est, Suthwalliam, Venedociam, quæ dicitur Northwallia, & Powisiam. Nunc in auctorem [3] sume Giraldum Cambrensem de Typographia Walliæ. Venedocia situ terrarum est Demecia munitior, & robustis virorum corporibus fœcundior. Et insula Moniæ, hoc est, Anglesiæ, triticei [4] germinis fertilitate toti Walliæ fertur aliquandiu sufficere posse. Unde & Man Kemre Britanice, id est, Mater Kambriæ dici solet. Hæc pars lanceis longis præstat sicut australis, & præcipue circa Went fines arcu & sagittis solet prævalere. Item in Northwallia lingua Britanica est delicatior, ornatior, & laudabilior, quanto alienigenis impermixtior esse perhibetur. Carecken tamen in Suthwallia tanquam in medio Cambriæ ac meditullio sitam lingua præcipua uti & laudabilissima plerique testantur. Cornubia vero & [5] Armenica Britania, id est, Britania Minor, lingua utuntur fere persimili Kambris, tamen propter originalem convenientiam [6] in multis ad hoc & [7] intelligibili, quæ quanto delicata minus & incomposita magis, tanto linguæ Britanicæ idiomati magis, ut arbitror, apropriata, sicut in australibus Angliæ finibus, & præcipue circa Devoniam, Anglica lingua hodie magis videtur incom-

1. Proditoris *C. C.* 2. Linguam *C. C.* 3. Sumo *C. C.* 4. Generis *C. C.* 5. F. Armorica. 6. Tum multis *C. C.* 7. Intelligibilem *C. C.*

posita

poſita borialibus partibus. Per crebras Dacorum irru-
Fol. 139. a. ptiones lingua eſt valde corrupta & à priori Saxonum lingua multum diſſona. Unde libri Anglici Bedæ, Rabani, Aquini, regis Aluredi, & aliorum antiquorum cum lingua Devonica provincia præ ceteris conveniunt. Cambria dicitur à Kembro filio Bruti: nunc dicitur Wallia à Wallone duce, vel Ewandolena, ſicut Gaufridi Arthuri monſtrat hiſtoria. Saxones lingua ſua eſſe extraneum Wallicum vocant, & ideo Kambres extraneos Wallicos vocabant, & terram eorum Walliam. Gens Wallica eſt levis, agilis, & magis aſpera quam robuſta, armis dedita, non ſolum qui generoſi ſunt ſed etiam plebei. Tuba ſigno bellico audito ſtatim ab aratro & aliis operibus ad arma ſe conferunt. Solum in Marcio & Aprili terram colunt. Armentis paſcitur & avenis, lacte, caſeo & butiro. Carne plenius, pane parcius veſci ſolent. Non mercimoniis, non navigiis, non mechanicis artibus, nec ullo prorſus niſi Martio labore vexantur, patriæ tamen tutelæ ſtudent & libertatis; unde in thoro turpe, in bello mori decus reputant. Inermes pugnant cum armatis, quandoque tamen armis utuntur levibus agilitatem non impedientibus, loricis minoribus, ſagittarum manipulis, lanceis longis, galeis & clipeis, ocreiſque
Fol. 139. b. ferreis. Rarius delectantur in bonis equis: ad bella pedeſtres incedunt. Nudis autem pedibus ambulant vel [1] coreo crudo conſutis. Rex vero Anglorum Henricus ſecundus imperatori [2] Conſtantinopolitani, nomine Manueli, ſuper inſulæ Britaniæ ſitu ac natura magiſque notabilibus [3] eidem literis & nunciis inquirenti, inter cetera hoc ei quaſi præcipuum reſcripſit: "In quadam parte "inſulæ ſunt gentes quæ Wallenſes dicuntur, tantæ au-"daciæ & ferocitatis, ut nudi cum armatis congredi non "verentur, adeo ut ſanguinem pro patria fundere [4] prom-"ptiſſimam vitamque velut & pro laude paſciſci. quod-"que mirandum eſt, quia beſtiæ per totam inſulam fa-"ciem quaſi manſueſcunt, homines vero prædicti man-"ſueſcere neſciunt." Hæc in litera regali. Inſuper nec cœnæ nec veſtium eſt eis ulla ſumptuoſitas, ſed in equis

1. *Sic.* 2. *F.* Conſtantinopolitano. 3. *Leg.* ejuſdem. 4. *Sic.*

ſolum

ſolum & armis eorumque apparatibus tota verſatur intentio. A mane ad veſperam manent jejuni, veſpere vero eis cœna ſobria. Nemo in hac gente eſt mendicus. Omnium enim hoſpicia omnibus ſunt communia. Largitatem & dapſilitatem cunctis virtutibus anteponunt. Zelotipi vicio ſicut nulla magis quam Hibernia, ſic nulla minus quam Kambria gens laborat. Sunt multùm inconſtantes. Fœdera non obſervant, nec in bello ſunt fortes nec in pace fideles. De perjurio non curant. De rapto vivunt inter ſe. In primo impetu belli majores ſunt viris: in ſecundo impetu minores ſunt mulieribus. Si forte hodie hæc gens in fugam fuerit converſa, cras nichilominus ad pugnam ſe parat; & quando die non prævalet, inſidiis ſaltim & nocturnis irruptionibus hoſtem gravat. Plus mortuos diligunt quam vivos. Loquendi [1] etiam audaciam & reſpondendi [2] quorum principibus & magnatibus [3] cuilibet natura dedit. Inter ſe multos habent vates; & quandoque in ſompnis per viſiones hæc dona eis infunduntur. Quibuſdam videtur lac vel mel, vel libros vel ſcedulas in ora eorum infundi, & poſt vaticinia proferunt. Etiam illarum partium heremitæ & anachoritæ ſunt magis ſpirituales & majoris abſtinentiæ quam alibi. Gens itaque hæc eſt vehemens in omni intentione; unde ſicut malis nunquam pejores, ſic bonis meliores non reperies. Circa annum DC[4]LXXIX. ſicut patet in antiquis Chronicis Britonum perdiderunt Gualenſes (qui & Britones ſe dicunt) dominium inſulæ quæ nunc dicitur Anglia, Saxonibus prævalentibus in omnibus contra ipſos. Sed Britones, qui remanſerunt in occidentalibus partibus inſulæ, reſidentes in montibus & nemoribus principes ſuper ſe conſtituerunt, quos uſque ad tempora regis Willielmi ſecundi reges vocaverunt. Et abinde uſque ad annum Domini M. CC. XLIIII. vixerunt oppreſſi ſub principibus ſervitute, fame, & miſeria propter jugum Saxonum ſuper ipſos inflictum. Anno vero prædicto David princeps eorum ex ſorore nepos ſuggeſſit Innocencio papæ principatum Walliæ ad eccleſiæ Romanæ feodum pertinere,

Fol. 140. a.

1. Autem *C. C.* 2. *Leg.* coram. 3. Civilibus eorum *C. C.* 4. 59. *C. C.*

ſeque de rege Angliæ tenere compulſum & injuſte, volens ſic & papam partem ſuam aſſumere & vicinum dominum evitare. Super quo negotio ſcripſit ſummus pontifex abbati de Aberconwey, à quo plenius inſtructus
Fol. 140. b. ſub [1] diſſimulatione tranſivit. Anno Domini M.CC.[2]LXIII. cum Simon Montis fortis inſurgeret contra dominum ſuum regem Angliæ Henricum tercium filium regis Johannis principis Walliæ, Lewelinus, quod ſonat Anglice Lews, Latine Lodowicus, eidem comiti confœderatus comitatum Ceſtriæ & marchiam ejus [3] crudeliter devaſtavit, [4] duoque caſtra, ſcilicet Diſſard & Gumok, diruit", & ad ſolum complanavit. Quem cum dominus Edwardus, filius regis & comes Ceſtriæ, cum exercitu quæreret propter [5] ipſa principem, illa ad nemoroſa loca & paluſtria fugiens non pugnare auſus eſt. Et dominus Edwardus à patre ſuo eſt revocatus. Sic ipſe princeps Walliæ antedictus cum tota ſua potentia in [6] bellndo deludens, in captionibus civitatum regiarum & in omnibus injuriis factis regi & ſuis per dictum Simonem comitem Leiceſtriæ manum fortem præbuit & adjutricem. Demum in bello de Evyſham interfecto comite Simone cum ſuis nobilibus ſibi adhærentibus multitudo [7] etiam magna Wallenſium interfecta [8] invenitur. Anno igitur Domini M^{l}. CC. [9]LXVIII°. circa feſtum Sancti Michaëlis rex cum magno exercitu venit Salopiam, in Walliam progreſſurus, ut principem Lewelinum, qui parti comitis contra regem [10] foveret, [11] debellaret. At ipſe princeps miſſis ad regem nunciis XXXII. milia librarum ſterlingorum pro pace habenda regi conceſſit. Sicque interveniente tunc legato Octobono, qui tunc fuit in Anglia, reſtituta eſt principi terra quatuor cantredorum, quam rex ei abſtulerat jure belli. Cum vero mortuus eſſet rex
Fol. 141. a. Henricus, & filius ejus Edwardus primus coronaretur Londoniis, princeps Walliæ licet ab eo invitatus noluit intereſſe. Propter quod fecit eum vocari pro homagio ſibi debite faciendo. qui fingens ſe non auſum intrare

---

1. Deſolatione tranſmiſit *C. C.* 2. 43. *C. C.* 3. Crudelem *C. C.* 4. *Deſunt C. C.* 5. Ipſam *C. C.* 6. Bellando *C. C.* 7. Autem *C. C.* 8. Inveniuntur *C. C.* 9. 48. *C. C.* 10. *F.* faveret. 11. Debillitaret *C. C.*

Angliam

Angliam quibusdam majoribus sibi insidiantibus, petivit obsides, scilicet filium regis comitem Gloverniæ & Robertum regis cancellarium. Quam petitionem rex indigne ferens dissimulavit negotium. Et ut principi pateret facilior ingressus ad regem, rex usque Cestriam progreditur, quæ est in confinio Walliæ; & missis ad eum nunciis ad homagium faciendum vocat. Quo regis mandatis parere detractante, exercitum convocat, disponens denegantem sibi homagium de suo feodo principem expugnare. Sequenti vero anno rex de Cestria in Walliam occidentalem [1] militem nobilem Paganum de Canurciis, qui cuncta cæde incendioque vastavit. Post hæc statim Wallenses occidentales ad pacem regis venientes Pagano, militiæ regis in partibus illis capitaneo, castrum de Stedanway cum adjacente patria reddiderunt. Tunc princeps Walliæ Lewelinus videns se non posse contra regem Angliæ resistere, pacem petiit & optinuit sub hac forma, videlicet quod omnes captivi, quos actenus ratione regis Angliæ detinuit in vinculis, simpliciter & sine omni calumpnia liberarentur. Item pro pace & benevolentia regis habenda daret quinquaginta milia librarum sterlingorum, quorum tamen solutio in voluntate & gratia regis foret. Item pro terra quatuor cantredorum sine contradictione regi Angliæ & suis heredibus cum omnibus terris conquisitis per regem hominesque suos, excepta insula Angleseiæ, imperpetuum remaneret. Insula enim Angleseiæ concessa est principi, ita ut solvat pro ea singulis annis regi mille marcas, quarum solutio incipienda erat in festo Sancti Michaëlis proximo tunc instanti. Pro ingressu vero quinque millia marcarum daret. Et si princeps sine herede de corpore suo moreretur, illa insula in regis Angliæ possessionem rediret. Item, quod princeps veniret ad natale Domini in Angliam ad regem pro homagio faciendo. Item, quod omnia homagia Walliæ remanerent regi præterquam quinque Baronum qui in confinio Snowdoniæ morabantur. Aliter enim princeps convenienter vocari non posset, nisi sub se aliquos Barones haberet. Item, quod

Fol. 141. b.

1. *Ita hæc concipiuntur.*

 nomen

nomen principis tantum haberet ad vitam suam; & post mortem ejus quinque prædictorum Baronum homagia regi Angliæ [1] facerent & suis heredibus in æternum. Et pro assecuratione istorum tradidit princeps decem obsides de melioribus Walliæ absque incarceratione & exheredatione & termino liberationis. Et de omni cantredo, & de Snowdonia, & de consilio principis viginti jurabunt tactis sacrosanctis reliquiis, Quod quicunque princeps aliquem prædictorum articulorum infregerit, nisi monitus se correxerit, alienabunt se ab eo, & eidem in omnibus quæ poterunt hostes fient. Item præter hæc
Fol. 142. a. dictus princeps fratres suos quos læsit placabit. Habuit enim tres fratres, quorum Owinum seu Audoënum & Rodoricum incarceraverat. Tercius vero David fuga dilapsus multis annis cum rege Angliæ stetit, à quo contra morem gentis suæ miles factus in ista guerra, ob probitatem & fidelitatem suam plurimum erat regi acceptus; unde & eidem castrum de [2] Dynbygh contulit in Wallia, cum terris ad valorem mille librarum annui redditus. Insuper & uxorem dedit filiam comitis Derbeiæ. [3] Owinus igitur liberatur à carcere. [4] Quin paulo ante fugerat Rodericus, qui fratrem suum fugiens in Anglia morabatur. Rex vero in occidentali parte Wal-

re

liæ apud [5] Lampadervant insigne castrum construxit ad cohibendum irruptiones [6] Wallicorum. Anno Domini M. CC. LXXXI. David, germanus principis Walliæ, immemor beneficiorum regis Angliæ, qui eum promoverat, & contra fratrem suum principem eum prosequentem protexerat, ad insurgendum contra regem Walliam [7] insitavit. Atque ut principem nobilesque Wallensium ad seditionem facilius inclinaret, ipse primus facinus ingreditur, Rogerumque de Clyfford, nil mali suspicantem, collecto exercitu prodigiose in castro suo de Hawardyn Dominica in Ramis Palmarum cepit, quosdam milites eis resistere volentes interfecit inermes. Exinde reversus ad principem, collecto exercitu una cum eo Rodolanum

1. F. fierent. 2. Dunbighe *C. C.* 3. Owynge *C. C.* 4. Qui *C. C.* 5. Lampaderwauar *C. C.* 6. Wallorum *C. C.* 7. *Leg.* incitavit.

venit,

venit, obsidionemque posuit circa castrum. Quod rex [[1] audiens"] qui tunc in partibus Sarum fuit, cum omni celeritate ad partes Walliæ festinavit. Cujus audito adventu princeps obsidione soluta se longius subtraxit. Interim captum est castrum de Lampaderwaure per Belum filium Mailonis, & Griffinum filium Meredoci. Fol. 142. b. Capta sunt etiam in illis partibus per alios Wallensium nobiles castra plura. Eodem anno archiepiscopus Cantuariensis Johannes Peckam intravit Snowdoniam, ut principem & fratrem suum David ad pacem reduceret regis. Sed frustratus intento in eos excommunicationis sententiam fulminavit. Et anno sequenti rex cum valido exercitu per insulam Angleseiæ, quam per nautas portuum acceperat, versus Snowdoniam progrediens, ut viam pararet exercitui ultra maris brachium, quod insulam dividit à continente terra, juxta civitatem [2] Bangorensem constituit pontem fieri ex navibus invicem colligatis. Comes Gloverniæ interim Walensibus magnas strages fecit. Princeps vero vastatis terris Resi filii [3] Meroduci, qui cum rege fideliter tenuit, scilicet de Cardigan & Stredonwy, inde progressus est versus terram de Buelt cum quibusdam paucis. Cui cum sua militia supervenientes nobiles viri Johannes [4] Giffard & Edmundus de Mortuo Mari nil suspicantes de principe, ipsum cum sociis pugna aggredientes, ipsum principem perjurum & excommunicatum occiderunt feria sexta ante festum Sanctæ Luciæ. Principis autem post mortem à quodam qui intererat agnitum caput abscisum regi defertur. Quod [5] Londoniis transmissum, est per tempus aliquod positum super turrim [6] Londoniarum in commune spectaculum intuentium. Anno sequenti parato ponte de quo prædictum est rex de Angleseia cum suo exercitu Snowdoniam venit, castra omnia principis sine notabili resistentia cepit, & cito post tota Wallia subjecta est regiæ potestati. Eodem anno ante festum Fol. 143. a. Sancti Johannis captus est David frater principis totius guerræ incentor, Rodelanumque ductus, quem rex licet

1. *Deest C. C.* 2. Bangonensen *C. C.* 3. Meredoci *C. C.* 4. Giffardi *C. C.* 5. Londiniis *C. C.* 6. Londinarum *C. C.*

instanter

instanter hoc peteret ad suum aspectum accedere non permisit. Et ab inde Salopiam missus est carceri mancipandus. Quo anno rex ibidem tenens Parliamentum per deputatos justiciarios dictus David morti adjudicatus est. Deinde suspensus & intestinis combustis decollatus & quatripartitus est. Cujus quartæ nobilibus civitatibus Angliæ, & ejus caput Londoniis super [1] palum fixum est, ad terrorem consimilium proditorum. Hoc audientes alii majores & nobiliores Walliæ se & sua promte regi & ministris ejus cotidie reddiderunt. Et ex tunc rex Angliæ juste & pacifice Walliam occupavit, & ad modum Angliæ in shiras seu comitatus [2] divisit & hundredas, secundum consuetum modum Angliæ. In hiis Walliæ guerris, ut scribit Nicholaus Trevet in Chronica sua, Willielmus de Bello Campo comes de Warrewyke audito quod Wallenses in magna multitudine in quadam planitie inter duo nemora se adunassent, assumpta secum electa militia cum balistariis & sagittariis de nocte superveniens eos undique circumcinxit. In terra lanceis [3] cuspides in oppositum irruentium dirigunt, ut sic se ab impetu equitum tuerentur. Sed comes inter duos equites posito uno balistario, ac jaculis balistarum magna parte eorum qui lanceas tenebant prostratis in turma equitum, Fol. 143. b. in reliquos irruens tantam intulit stragem quanta eis una vice ulla non creditur temporibus retroactis [4] contigisse.

Declaratio quomodo dominium Hiberniæ est ad coronam Angliæ devolutum.

Ut scribit Willielmus Newburgensis libro 11do. quidam clericus genuit filium nomine Nicholaum. Pater mundo relicto factus est monachus apud Sanctum Albanum. Filius suus Nicholaus prædictus ultra mare proficiscens trans Rodanum peregrinatus est in regionem quæ Provincia dicitur, ubi est monasterium Canonicorum regularium quod dicitur Sancti Rufi, ubi pro tempore pausavit. Et quoniam erat corpore elegans, vultu jocundus, prudens in verbis, ad mimica impiger placuit omnibus. Rogatusque est canonici [5] ordinis suscipere habitum.

1. Pontem *C. C.* 2. Dimisit *C. C.* 3. Cuspideo opposito *C. C.* 4. Contigisse. Declaratio quo viam [*sic*] dominium Hiberniæ est ad coronam Angliæ devolutum. Ut scribit *C. C.* 5. Habitis suscipere ordinem *C. C.*

tum. Cumque eſſet [1] acris ingenii & linguæ expeditæ, frequenti & ſtudioſa lectione ad ſcientiam atque eloquentiam [2] multum profecit. Unde factum eſt ut abbate defuncto eligeretur in abbatem. Pœnitentia poſtea ducti atque indignati quod hominem peregrinum levaſſent ſuper capita ſua, [3] facti ſunt ei de cetero infeſti. Tandem ad ſedem apoſtolicam eum provocabant. Cumque papa Eugenius veritatem noviſſet, facta concordantia inter partes eos remiſit. Nec diu pax ſtetit quin iterum papa querelis pulſatus & veritatem ſcrutans ait canonicis: "Ite domum & alium abbatem eligite, quia "iſtum ulterius non habebitis. Indigni eſtis ſibi quoviſ-"modo uniri." Et tunc papa fecit eum Albanenſem epiſcopum, ac non multum poſt cognita ejus induſtria, in gentes ferociſſimas Dacorum & Norenſium pro verbi Dei prædicatione & aliis negotiis cum plenitudine po- Fol. 144. a.
teſtatis direxit legatum. Quo officio in barbaris nationibus per annos aliquot ſapienter & ſtrenue adminiſtrato, Romam cum ſalute & gaudio remeavit, à ſummo pontifice & cardinalibus cum honore & gloria ſuſceptus. Tandem ſede papali vacante [4] omnium in eum voce concurrentes Romanæ urbis pontificatum ſuſcepit, ex Nicholao Adrianus quartus vocatus anno Domini M. C. LIIII. & ſedit IIII^or^. annis. Iſte papa Adrianus anno Domini M. C. L. conceſſit regi Angliæ Henrico ſecundo conquiſitionem Hiberniæ. Cujus conceſſionis [5] poteſtatem, cauſam, & modum in bulla ſua ad regem directa exprimit in hiis verbis: "Adrianus ſervus ſervorum Dei "kariſſimo in Chriſto filio illuſtri regi Angliæ Henrico "ſalutem & apoſtolicam benedictionem. [6] Laudabiliter "& ſatis fructuoſe de glorioſo nomine in terris & æter-"næ felicitatis [7] præmiis cumulandis in cœlis tua magni-"ficentia cogitat, dum ad dilatandos eccleſiæ terminos, "ad declarandum indoctis & rudibus Chriſtianæ fidei "veritatem & viciorum plantaria de agro dominico ex-"tirpanda ſicut catholicus princeps intendis, & ad id "convenientius exequendum conſilium apoſtolicæ ſedis

1. Acuti *C. C.* 2. Multis proficit *C. C.* 3. Subjecti ſunt *C. C.* 4. Omnes *C. C.* 5. Pietatem *C. C.* 6. Laudabilem *C. C.* 7. Premiis cumulandam *C. C.*

"exigis

"exigis & favorem. In quo facto quanto altiori con-
"silio & majori discretione procedis, tanto feliciorem
"progressum præstante Domino te confidimus habitu-
"rum, eo quod ad bonum exitum & finem [1] valeat per-
"tingere qui de arbore fidei & religionis amore princi-
"pium acceperunt. Sane Hiberniam & omnes insulas
"quibus sol justitiæ Christus illuxit documenta fidei Chri-
"stianæ [2] perceperunt, ad jus beati Petri apostoli &
"sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ, quod tua [3] etiam nobi-
Fol. 144. b. "litas recognoscit, non est dubium pertinere. Unde
"tanto in eis libentius plantationem fidei & germen
"Deo gratum inserimus, quanto id nobis in nostro exa-
"mine districtius prospicimus exigendum. Significasti
"nobis, fili in Christo carissime, te Hiberniæ insulam ad
"subdendum illum populum legibus, & vitiorum planta-
"ria inde extirpanda velle intrare, & de singulis domibus
"annuatim unius denarii beato Petro velle solvere pensi-
"onem, & jura [4] ecclesiarum illius terræ illibata & integra
"conservare. Nos itaque pium & laudabile desiderium fa-
"vore congruo prosequentes, & petitioni tuæ benigne im-
"pendentes assensum, gratum acceptum habemus, ut pro
"dilatandis ecclesiæ terris, pro viciorum restringenda
"parte, & corrigendis moribus & virtutibus inserendis,
"& pro Christianæ religionis augmento insulam illam
"ingrediaris, & quæ ad honorem & salutem terræ il-
"lius spectaverint exequaris, & illius terræ populus ho-
"norifice te suscipiat & sicut dominum [5] venerentur,
"jure nimirum ecclesiæ illibato & integro permanente,
"& salva beato Petro apostolo & sacrosanctæ Romanæ
"ecclesiæ de singulis domibus annuatim unius denarii
"pensione. Si ergo, quod [6] animo concepisti, effectu
"duxeris prosequendi complendum, stude gentem illam
"bonis moribus informare, & cogites, tam per te quam
"per illos, quos ad hoc fide, verbo idoneos & vita esse
"perspexeris, ut decoretur ibi ecclesia, plantetur & cres-
"cat fidei Christianæ religio, & quæ ad honorem Dei
"& salutem pertinent animarum taliter ordinentur, ut a

1. *Sic.* 2. *Sic.* 3. Autem *C.C.* 4. Ecclesiasticarum *C.C.* 5. *Sic.* 6. Animo &c. ut patet in historia rex Henricus circa festum Sancti Michaëlis *C.C.*

"Deo

"Deo sempiterne [1] à Deo cursum merearis, & in terris "gloriosum nomen valeas in seculis optinere." Rex ergo Henricus circa festum Sancti Michaëlis Wintoniæ Parliamento de conquirenda Hibernia cum suis optimatibus tractavit, quod [2] quia" matri ejus imperatrici non placuit, ad tempus aliud dilata est illa expeditio. Transversis igitur xv. annis anno Domini M. C. [3] LXXI. rex ipse Henricus apud Rothomagum suos Barones convocans, de profectione sua in Hiberniam tractavit. quia tunc supervenerunt nuncii comitis de Strogoyl mareschalli Angliæ, qui propter singularem ejus fortitudinem, præcipue in brachiis, dicebatur à populo Ricardus Strangbow. Hujus terras propter quandam offensam ei objectam & prætensam rex acceperat in manu sua, & ipse exul in Hibernia morabatur. Hii nuncii obtulerunt regi ex parte ipsius comitis pro pace sua habenda civitatem Dubliniæ ac civitatem Watirfordiæ, & omnes alias civitates suas quas habebat in Hibernia per mortem [4] Deremoti filii Murchardi regis Laganiæ, [5] id est, Leymster, cujus metropolis est civitas Dubliniæ, cujus duxerat in uxorem filiam & heredem nomine Evam. Hoc audito, rex Henricus eidem comiti restituit terras suas in Anglia, planamque terram quam acceperat in Hibernia cum [6] uxore libere concessit, constituens eum totius Hiberniæ senescallum. Ante omnia hæc, secundum Giraldum Cambrensem, Dermicius Makmur, quod sonat [7] Murchardiis filius Lageinensium princeps & quintæ illius portionis Hiberniæ rex & rector, orientalia maritima majori Britaniæ mari tantum interfluente continua olim possidebat. Is [8] principio tirannus effectus Oroncii monoculi, Medencium regis, [9] in remotis agente tempore guerræ inter eos rapuit [10] Oomach nomine uxorem ejus, & multo potius quia [11] rapi voluit & ut prædoni præda fieret [12] ipsamque procuravit. Rex tamen [13] Oroncius gravius dedecoris quam dampni dolore percussus, totum tunc in vin-

Rex Henericus secundus. M.

Fol. 145. a.

Expugnatio Hiberniæ. M.

Strygulia Chepstow. M.

Ricardus comes Strigulæ. M.

In cujus sede regitur comes Pembrochiæ. M.

Fol. 145. b.

1. *Sic.* 2. *Deest C. C.* 3. 51. *C. C.* 4. Dermicii *C. C.* 5. Alias *C. C.* 6. Uxore sua libere *C. C.* 7. Murchardi *C. C.* 8. Principiis *C. C.* 9. *Ita hæc concipiuntur.* 10. Omachem *C. C.* 11. Rapui *C. C.* 12. *Leg.* ipsaque. 13 Ororicius *C. C.*

dictam virus evomuit. Et mediis excogitatis Connactensium tunc principem totius Hiberniæ tunc monarcham & totam [1] fere" Hiberniam sibi associavit. Considerantes autem Lagenienses principem suum jam in arto positum, [2] eum omnes reliquerunt. [3] Intelligens etiam quod à subditis principi [4] cuilibet pocius expedit amari quam timeri, expedit etiam timeri dum ex dilectione potius timor ille præveniat quam ex cohercione. quicquid enim terrenis affectibus adamatur consequens est ut & timeatur. Rex igitur Dermicius mari transito ad regem Anglorum regem Henricum secundum auxilium humiliter postulaturus accessit in Aquitaniæ partibus tunc [5] existentem. Qui benigne receptus materia [6] etiam cognita [7] suscepto ab eo subjectionis vinculo fidelitatisque sacramento literas ei sub hoc tenore contulit: "Henricus rex "Angliæ, dux Normaniæ & Aquitaniæ, & comes An-"degaviæ, universis fidelibus suis Anglis, Normannis, "Gwallensibus & Scotis, cunctisque nationibus suæ di-"tioni subjectis salutem. Cum præsentes ad vos literæ "pervenerint, noveritis nos Dermicium, Lageniensium "principem, in gratiæ nostræ & benevolentiæ sinum re-"cepisse. Unde quisquis ei de amplitudinis nostræ fini-"bus tanquam homini & fideli nostro restitutionis auxi-"lium impendere voluerit, se nostram ad hoc tam gra-"tiam noverit quam licentiam obtinere." Rediens tunc Dermicius à rege in Angliam pervenit Bristolliam, &, ut breviter dicam, Ricardum comitem de Stroygel sibi adjutorem accepit, heredemque [8] rcē" unicæ [9] filiæ nomine Evæ [10] in filium adoptavit, & vernali tempore sequente cum electa Anglorum & Wallensium multitudine in Hiberniam pariter applicuerunt & comes Ricardus & sui. Dermicius prius apud [11] Fernans à clero honorifice susceptus est mense Augusti, non tamen ut rex vel princeps, sed satis singulariter ibi hiemavit. Demum Anglorum adventu propalato tota conturbata est Hibernia. Nam amici Dermicii sibi ubi erat convolantes, cum ipso

Dermicius rex Lageniæ. M.

Litera missiva in Dermicii regis Lageniæ usum per Henericum secundum. M. Fol. 146. a.

1. *Deest C. C.* 2. Cum *C. C.* 3. Intelligentes autem *C. C.* 4. Civilibus pocius *C. C.* 5. Exeunte *C. C.* 6. Autem *C. C.* 7. Sustentatus eo *C. C.* 8. *Deest C. C.* 9. Filiæ suæ nomine *C. C.* 10. Et fil. *C. C.* 11. Fernas *C. C.*

Dermicio

Dermicio & filio ejus [1] Dunenaldo, naturali sed non legitimo filio, viro prævalido cum quingentis circiter viris ad Anglicos accesserunt, & primo ceperunt Gweirfordiam, post Waterfordiam, & tandem Dubliniam & totam Laogeniam. Et festo Sanctæ Luciæ virginis & martyris, ut citius potuit, rex Henricus in Hibernia cum exercitu suo applicuit apud [2] Waterford * anno regni sui XVII. ætatis suæ XL°., anno Domini M. C. LXXII. Attamen indignationem habuit, quod comes Ricardus & alii ante suum adventum Hiberniam intrassent, sed, ut casus requirebat, terris per comitem Ricardum & [3] alios conquisitis sibi resignatis, in brevi spacio totam Hiberniam [4] sine notabili sibi resistentia subjugavit. Est [5] eciam hîc advertendum [6] secundam quasdam cronicas, & præcipue secundum historiam Britonum, quod cum rex Arthurus totius Britanniæ rex cum sibi Hiberniam subjugasset, [7] captivato Gilomanro rege & monarcha Hiberniæ, & principibus ceteris ei resistere non valentibus sponte regi Arthuro se submiserunt. Consimilis processus de spontanea & debita submissione habetur supra de regibus Gurguncio Britonum & Edgaro Anglorum & nunc [8] Arthuri. Hiis secundum quosdam consideratis, rex Angliæ non tenetur invite concessioni summi pontificis, nec tributum taxatum per eum ei reddere, quia potuit jure hereditario terram illam vendicare. Nec submissio per cartam, quam fecit Johannes rex Angliæ, qui anno Domini M^l. CC. XIII. submisit regnum suum Romanæ curiæ pro se & suis successoribus, & singulis annis de qualibet domo tam Angliæ quam Hiberniæ denarium unum beato Petro donare cum alia summa, scilicet quia coactus per interdictum & per regem Franciæ contra eum per Romanam curiam provocatum & rogatum ut regnum Angliæ invaderet. Barones insuper Angliæ confœderati cum rege Francorum promiserunt sibi quod regnum Angliæ filio suo Lodowico traderent. Hiis periculis & angustiis per hostes tam domesticos quam extraneos volens ecclesiastica protectione muniri, legato procurante

Henricus rex secundus applicuit cum exercitu suo apud Waterford in Hibernia. M.

*Fol. 146. b.

Arthurus rex fuit Hiberniæ expugnator. M.

Edgarus. M.

Johannes Angliæ rex subjugator Hiberniæ. M.

Fol. 147. a.

Conspiratio Baronum Angliæ adversus Hericum regem Angliæ secundum. M.

---

1. Dunewaldo *C. C.* 2. Waterfordiam *C. C.* 3. Anno *C. C.* 4. Sub *C. C.* 5. Autem *C. C.* 6. *Leg.* secundum. 7. Captato *C. C.* 8. *Sic.*

Pandulpho, qui tunc in Anglia præsens fuerat, submisit regna Angliæ & Hiberniæ summo pontifici in forma superius memorata. Post hæc anno Domini M. CC. XLV. regnante Henrico filio regis Johannis antedicti ad concilium Lugdunense missi sunt nuncii pro rege de consilio prælatorum & comitum ac baronum viri nobiles Hugo Bygot, Johannes filius Galfridi, Willielmus de Cantilupo, Philippus Basset, dato illis advocato magistro Willielmo de Powyk, ut isti submissioni regis Johannis de censu annuo pro Anglia & Hibernia contradicerent, [1] & quod de regni assensu non processerat, sed per archiepiscopum Cantuariensem vice totius regni fuerat reclamatum. Tunc papa hiis auditis dixit, Quod hoc negotium indiguit meliori deliberatione. Et cito post dicta
Fol. 147. b. carta cremata est [2] Viterbii cum camera Domini papæ." Et sic mansit illud negotium in suspenso. Huic materiæ processus correspondens habetur in Chronica quæ [3] dicitur Flores historiarum, quod anno Domini M. CC. XVI. Gualo legatus dixit Philippo regi Franciæ, "quod regnum Angliæ erat sub patrimonio papæ." Cui rex Philippus respondit: "Non est ita. quia nullus rex vel "princeps potest dare regnum suum [4] sine assensu Baronum suorum qui regnum tenentur defendere. Et si "papa hunc errorem tueri, allectus novæ dominationis "libidine, contumaciter decreverit, exemplum omnibus "regnis dabit perniciosum." Addidit eciam dicens: "Rex Johannes regnante rege Ricardo fratre suo vellet "fratrem suum dictum regem Ricardum injuste privasse "à regno, unde propter proditionem erat dampnatus. "quam sententiam pronunciavit Hugo de Pusant episcopus Dunolmensis. Et sic non est nec fuit verus rex. "Et licet aliquando fuit verus rex, postea regnum forisfecit per mortem Arthuri filii senioris fratris sui "Gaufridi comitis Britaniæ, de quo facto dampnatus "erat in curia nostra." Hæc ubi supra. Quod possit &
u
debeat revocari regis Johannis concessio patet [5] ex de [6] cure, capitulo [7] *Intellecto*, ubi papa sententiat ad

1. Et quoque de *C.C.* 2. *Desunt C.C.* 3. Dicta *C.C.* 4. Super *C.C.* 5. *Sic.* 6. Jure *C.C.* 7. Intelleccio *C.C.*

regem

regem Hungariæ, quod alienatio, quæ est in præjudicium & contra honorem regni sui, confirmata etiam juramento, [1] debet revocari. Juramentum enim quod est in dampnum Juris episcopalis potius est perjurium quam juramentum. [2] ext titulo *Sicut est nostris.* Jam ad materiam præassumptam redeuntes, videre clare possumus, quod rex Angliæ Henricus secundus regnum Dubliniæ & Laogeniæ in vulgari Leynster dictæ, cum civitate Watirfordiæ & omnibus suis firmitatibus optinuit ex dono Ricardi comitis de Strogoyl heredis regis Deremoti seu Dermicii per * Dominam uxorem suam, dicti regis apud Fernan civitatem in Hibernia sepulti filiam & heredem. Et sic habens ingressum in insulam Hiberniæ per terras Ricardi comitis, partem residuam potuit vendicare libere jure belli. Et sic patet specialiter de Hibernia, quod jure duplici ad minus vel triplici rex Angliæ libere occupat terram illam Hiberniæ. Rex eciam Henricus secundus non sufficienter contentus bulla prædicti sanctissimi patris papæ Adriani natione Angli, [3] quinetiam à suo nobili successore papa Alexandro confirmationem habuit, ut vidi in Chronica Giraldi Cambrensis, sub hac forma: "Alexander servus servorum Dei karissimo in Christo filio illustri Anglorum regi Henrico "salutem & apostolicam benedictionem. Quoniam ea "quæ à prædecessoribus nostris rationabiliter indulta noscuntur perpetua merentur stabilitate firmari, venerabilis Adriani vestigiis inhærentes, [4] vestrique desiderii "fructum attendentes, concessionem ejusdem super Hibernici regni dominio vobis indulto, salva beato Petro "& [5] sacrosancto Romanæ ecclesiæ sicut in Anglia sic & "in Hibernia de singulis domibus annua unius denarii "pensione, ratam habemus & confirmamus, quatinus, eliminatis terræ illius spurcitiis, barbara natio quæ Christiano censetur nomine, vestra diligentia morum induat "venustatem, & redacta in formam hactenus informi

Fol. 148. a.

* Evam.

Litera missiva ab Alexandro papa ad regem Henricum secundum. M.

Fol. 148. b.

1. Dicitur *C. C.* 2. *Sic. Sed in C. C.* extraneum, sicut est juris. Jam &c.
3. Qui autem à suo *C. C.* 4. Virique *C. C.* 5. *Sic.*

"finium illorum ecclesia, gens ea per vos Christianæ pro-"fessionis nomen cum effectu de cetero [1] consequatur." Huic & priori certo Cartæ rex Henricus prædictus in primo introitu ante exitum suum, convocatis tunc prælatis & magnatibus regni illius, in præsentia legati domini papæ, in solempni ibi convocatione reformata erat ecclesia Hiberniæ correspondenter ecclesiæ Anglicanæ. Hæc Giraldus, ut supra. Non oblivioni detur, quod [2] urbs Baionensis in Gasconia est Gasconiæ caput. Unde Hibernenses in Hibernia secundum multorum sententiam provenerant. Et sicut [3] Willielmus multiplicavit castella in Anglia, sic rex Henricus secundus & novi Anglici fecerunt in Hibernia. De Anglia vero est [4] advertendum, quod quondam Romani imperatores eam
Fol. 149. a. sibi [5] subjugarunt & tributum acceperunt, Julio Cæsare eam primo intrante ante nativitatem Christi XLVII. annis. Et post eum sex ad minus imperatores Romani in ea ut domini fuerunt, Claudius, Severus, Caricius, Constantius, Constantinus, & Maximus. Et duo alii secundum quosdam, alius Severus & alius Constancius. Et sic Romani regnaverunt hîc annis CCCCIX. Sed postea Britones Romanum imperium contempserunt, nec tributum dederunt, nec alium regem post tempora præcipue Arthuri susceperunt, sed libere apud semetipsos vixerunt. Extracta sunt hæc de libro Sancti Germani, qui intitulatur De origine Britonum. Michi tamen videtur quod computando ab [6] introitu & conquestu Julii Cæsaris ad conquestum Arthuri super Romanos, multo plures alii fuerunt, nisi prior sententia salvetur per subtractionem aliorum quibus Britones rebelles [7] fuerunt.

Declaratio juris Regis Angliæ ad Scotiam & ipsum regnum.

Anno Domini M. CCC. I^{mo}. papa Bonefacius per Scotos informatus regi Angliæ Edwardo primo literas suas direxit asserens regnum Scotiæ ad jus Romanæ ecclesiæ

1. Consequantur *C. C.* 2. Urbis *C. C.* 3. Willielmus Conquestor *C. C.* 4. Animadvertendum *C. C.* 5. Subjugaverunt *C. C.* 6. Interitu *C. C.* 7. Fuerunt. Et hoc contigit sæpius. Declaratio *C. C.*

pertinere,

pertinere, regemque Angliæ subjectionem ejus contra justitiam & in præjudicium sedis apostolicæ vendicare, rationes allegans subscriptas: Primo, quod cum Henricus rex Angliæ, pater regis istius, auxilium optinuisset in guerra contra Simonem de Monte Forti à rege Scottorum Alexandro, ne hoc auxilium jure subjectionis cujuslibet aut debitum, petitum aut præstitum [1] putaretur, idem rex Henricus per literas suas patentes recognovit, non ex debito recepisse, sed ex speciali gratia. Item ad coronationem hujus regis vocatus per literas tantis solempniis interesse, venit, sed non ex debito sed ex sua mera voluntate spontanea, & ex [2] grati sua speciali. Insuper pro terris de Tindale & Penereth in regno Angliæ positis cum rex Scotiæ ad præsentiam regis Angliæ se personaliter contulisset, eidem fidelitatem impensurus pro eisdem terris tantum in Anglia sitis, non ut rex Scotiæ nec pro regno Scotiæ eandem fidelitatem exhibuit, quia palam coram populo protestatum erat, quod pro regno Scotiæ fidelitatem aliquam regi Angliæ facere non debebat. Prædictus eciam rex Alexander reliquit puellam heredem, nomine Margaretam, neptem regis Angliæ, tunc minoris ætatis. Cujus custodia non ad regem Angliæ velut ad dominum supremum venit, sed ad ceteros ejusdem regis Scotiæ proceres ad hoc electos. Redarguit etiam dictus papa regem, eo quod post mortem dicti Alexandri regis Scotos tanquam acephalos & ducis suffragium non habentes, ipsos per vim sibi subjugavit & metum, in præjudicium & gravamen non modicum ecclesiæ Romanæ. [3] Adiciens, quod cum [4] dominus papa officium legationis alicui committit exequendum in regno Angliæ causa solutionis decimæ vel etiam pro alia quavis causa rationabili, & hujusmodi legatio literis & privilegio speciali dictæ apostolicæ sedis ad dictum regnum Scotiæ non extendat, resistendum est hujusmodi legationi, prout [5] tempore felicis recordationis Adriani contigit evidenter. Nam legatus ipse ad præfatum regnum Scotiæ & aliquatenus admissus non extitit, donec

[Margin notes: I. ratio. — Fol 149. b. — II. — III. — Rex Scotiæ fecit homagium Henrico regi secundo. M. — IIII. — Fol. 150. a.]

1. Putantur *C. C.* 2. *Leg.* gratia. 3. Adjiciens *C. C.* 4. Dictus propter officium legationis *C. C.* 5. Ipse *MS.*

per

per literas [1] apostolicas speciales sibi legationis officium fuit in eodem commissum. Item addidit, [2] regnum per beati Petri apostoli reliquias venerandas non sine summo divini dono muneris conversum extitit ad fidei catholicæ unitatem. Et [3] qualiter etiam antiquis temporibus Eboracensis archiepiscopus qui tunc erat, mota per eum super jure metropoliticano adversus prælatos Scotiæ quæstione, pro se nequiverat sententiam optinere. Hiis propositis monuit regem dominus papa per literas suas, quod episcopos, abbates, clericos, & omnes alios regni Scotiæ quos detinebat captivos in carcere libere exire & abire permitteret, & quod officiales suos de regno Scotiæ memorato revocaret, quos in præjudicium, injuriam, [4] & grave scandalum fidelium populorum & oppressionem justorum in dicto regno statuerat & ordinaverat, ita quod acceptior & gratiosior fieret Deo, & favorem apostolicæ sedis in

Fol. 150. b. hoc sibi adquireret plenius. Et si in eodem regno Scotiæ vel aliqua parte ejus aliquid se habere assereret, per procuratores vel nuncios suos ad hoc [5] specialiter constitutos cum omnibus juribus, munimentis [6] hujusmodi negotium tangentibus ad sedem apostolicam destinaret, super præmissis plenæ complementum justitiæ recepturus.

Consilium convocatum apud Lincolniam. M.

Rex apostolicis literis ex deliberato apud Lincolniam convocato consilio pro jure suo declaranti, literam hujus tenoris rescripsit:

"[7] Altissimus [8] conspector nostræ scrinio memoriæ [9] in-"delibili stilo novit inscribi, quod antecessores & pro-"genitores nostri reges Angliæ jure superioris & [10] directi "dominii ab antiquissimis retro temporibus regno Scotiæ "& omnibus ipsius regibus & temporalibus annexis eis-"dem præfuerunt, & ab eisdem proceribus à quibus vo-"lebant legalia homagia receperunt & fidelitatis debita "juramenta. Nos juris & dominii possessionem [11] con-"tinentes pro tempore nostro eadem tam à rege Scotiæ "recepimus quam ab eisdem proceribus ipsius regni:

1. Applicans *C. C.* 2. Regimen *C. C.* 3. Qualem *C. C.* 4. Et genere scandalum fid. *C. C.* 5. Speciale *C. C.* 6. Hujus neg. *C. C.* 7. Vide chronicon Walteri de Gisburne MS. ubi hæc eadem occurrunt, pag. 286. *Hæc notula in margine Apographi exstat Bodlejani.* 8. Inspector jure scrinio *C. C.* 9. Indebiti *C. C.* 10. Dicti *C. C.* 11. Leg. continuantes.

" quinymmo tantam juris & dominii prærogativam super regnum Scotiæ & ejusdem regni . . . . . " gaudebant, quod regnum ipsum fidelibus suis conferebant. Reges[1] etiam ex justis causis ammovebant, & constituerunt sub se loco ipsorum alios regnaturos. Quæ proculdubio[2] notoria fuisse & esse creduntur apud omnes, " licet forsitan[3] paternis vestris auribus per pacis æmulos Fol. 151. a. " & rebellionis filios fuerat falsa insinuatione suggestum, " à quorum machinosis & ymaginariis figmentis ut vestræ sanctitatis oculus avertatur suppliciter quæsumus, " & [4] paternam vestram clementiam & excellentiam devotis affectibus exoramus, ut brevitatis causa gestis " antiquiorum temporum salvis quædam exempli causa " tangamus. EDWARDUS dictus Senior, filius Aluredi regis Angliæ, Scottorum, Cumbrorum & Stregwaldorum " reges tanquam superiori domino subjectos habuit & " submissos. ATHELSTANUS etiam rex Angliæ Constantinum regem Scottorum sub se regnaturum [[5] constituit"] dicens, *Gloriosius esse regem facere, quam regem esse.* Et est in memoria, quod idem Athelstanus, " intercedente Sancto Johanne de Beverlaco quondam "[6] Eboracensi archiepiscopo, Scotos & rebellantes devicit. qui, gratias Deo devote agens, Deum exoravit, " petens ut, interveniente beato Johanne, ei aliquod " signum evidens ostenderetur, quo tam succedentes " quam præcedentes cognoscere Scotos de jure subjugari " regno Anglorum possent. Et videns quosdam scopulos " juxta quendam locum de Dunbare in Scotia[7] præmittere, extracto gladio de vagina percussit in silicem, qui " lapis ad ictum gladii Dei virtute agente ita cavatur, ut " mensura possit longitudine coaptari. Et hujus rei hactenus evidens signum apparet. Et in Beverlacensi ecclesia " in Legenda Sancti Johannis quasi singulis ebdomadibus " per annum ad laudem & honorem Sancti Johannis pro " miraculo recitatur. Et de hoc extat celebris memoria " tam in Anglia quam in Scotia usque in diem præsentem. " Item[8] Constantinus rex Scottorum & Eugenius rex Cumbrorum ad prædictum regem Athelstanum post aliquam

Fol. 151. b. Johannes Beverlacensis. M.

1. Autem *C. C.* 2. Notaria *C. C.* 3. Parvis *C. C.* 4. Præcipuam *C. C.* 5. *Deest C. C.* 6. Eboracum *C. C.* 7. *F.* prominere. 8. Constantius *C. C.*

"dissentionem inter eos habitam venientes secum regna "sua eidem Athelstano dedere. Cujus facti gratia filium Constantini ipse rex Athelstanus de sacro fonte "suscepit. Item EDREDO regi Angliæ Scoti se sine bello "subdiderunt, & eidem regi Edredo tanquam domino "suo fidelitatem juraverunt. Item cum rex Angliæ EDGARUS regem Scottorum [1] Kynnadium, & Cumbrorum "Malcolmum, regesque plurimarum insularum alios "quinque regulos subjugasset, & remigando per fluvium "Dee juxta Westcestriam in quadam nave prope proram "sedisset, fertur [2] etiam ipsum tunc dixisse successores "suos posse etiam gloriari se reges Anglorum esse, cum "tanta honoris prærogativa fruerentur quod subjectam "[3] habeant tot regum potentiam. Post dictum Edgarum "successive regnaverunt reges Angliæ Sanctus Edwardus "martyr, Etheldredus frater ejus, & rex Scottorum eo-

Fol. 152. a. "rum contemporaneus nomine [4] Hiricius eorum tempore eis pacifice subjectus est. Hoc duntaxat excepto, "quod anno xv. [5] Hiricii regis prædicti ipse rex [6] Hiricius Scotia rebellante expeditione illuc ducta rex parvo "negotio subactus est. Successores etiam regis Edmundi "Haraldus filius Canuti & Herdeknutus quibus regnantibus subjectionem regni Scottorum habuerunt. Sanctus "etiam Edwardus rex & Confessor regnum Scotiæ Malcolmo filio regis Cumbrorum dedit tenendum. Item "rex Willielmus Conquestor dictus bastardus recepit homagium à prædicto rege Scottorum Malcolmo. [7] Idem "& rex Malcolmus regi Angliæ filio & inmediato successori regis Willielmi primi Willielmo Rufo juramento fidelitatis subjectus fuit. Item dictus Willielmus Rufus regem Dunwaldum de regno Scotiæ ex justis "causis ammovit, & Duncanum filium regnò Scotiæ "præfecit, & recepit fidelitatem ab eo & juramentum. "Dictoque Duncano dolose perempto, dictus rex præfatum Dunevaldum, qui iterum regnum Scotiæ invaserat, ammovit ab [8] eadem, & Edgarum filium dicti "Malcolmi regem Scotiæ constituit, & eidem regnum

Willielmus Conquestor recepit homagium à Malcolino rege Scotorum. M.

---

1. Kynandium *C.C.* 2. Autem *C.C.* 3. Habebant *C.C.* 4. Henricus *C.C.* 5. Henrici *C.C.* 6. Henricus *C.C.* 7. *F.* item. 8. Eodem *C.C.*

"illud

"illud donavit. Cui successit Alexander filius Edgari "concessu regis Angliæ Henrici primi, fratris dicti regis "Willielmi Rufi. Item Matildi Imperatrici, filiæ & he- Fol. 152. b "redi Henrici regis prædicti, David rex Scotiæ "fecit homagium. Item Willielmus rex Scotiæ "pro regno Scotiæ & [1] David filius ejus, co- "mites, & barones regni Scotiæ devenerunt ho- "mines Henrici filii regis Angliæ Henrici se- "cundi in crastino coronationis suæ patre ejus "vivente, & fidelitatem ei juraverunt salva fi- "delitate regi patri durante vita. Anno vero xx. "regni regis Henrici, patris Henrici filii patre vivente "coronati, dictus Willielmus rex Scotiæ rebellare inci- "piens venit in Northumbriam cum exercitu magno, "magnamque stragem fecit in populo Anglorum. Cui "concurrentes milites comitatus [2] Eboracensis apud Al- "derton ipsum ceperunt, & dicto Henrico regi Angliæ "reddiderunt. Anno sequenti xv. Kal. Maii idem rex "Willielmus permissus est libere abire. Postea vero "Eboraci anno eodem VII. Kal. Septembris idem rex "Scottorum de concessu prælatorum, comitum, & ba- "ronum, & aliorum magnatum regni Scotiæ domino suo "regi Angliæ Henrico, filio Matildis Imperatricis præ- "dictæ, suis literis patentibus [3] bene satis noscitur, quod "ipse, & heredes, & successores sui reges Scotiæ, [4] epis- "copi, abbates, comites, & barones, & alii homines de "regno Scotiæ," de quibus [5] dominus rex Angliæ Hen- "ricus voluit, [6] fecerunt sibi homagium, fidelitatem, & "ligeantiam ut ligeo domino contra omnem hominem. "Item ipsi comites & barones convencionaverunt (ut "verbis ejusdem conventionis utamur) domino regi An- Fol. 153. a. "gliæ patri, & Henrico filio suo prædictis, Quod si rex "Scotiæ aliquo tempore à fidelitate regis Angliæ & "conventione prædicta decederet, ipsi cum domino rege "Angliæ tenebunt sicut cum ligeo domino suo contra "regem Scotiæ quousque ad fidelitatem regis Angliæ "redeat. Quam quidem compositionem fidelis recor-

David rex Scotiæ fecit homagium. M.

Willielmus rex Scotiæ adversus regem Henricum secundum rebellavit, & in boreali parte à quibusdam militibus nobilibus captus est ac ad regem prolatus. M.

---

1. Dedit *C. C.* 2. Eborum *C. C.* 3. *An*, bene satis cavisse noscitur? 4. *Desunt C. C.* 5. Dictus rex *C. C.* 6. Facere *C. C.* F. facient.

 "dationis

"dationis Gregorius papa IX. in diversis scriptis regibus "Angliæ directis mandavit firmiter observari, continen-"tibus inter cetera, quod Willielmus & Alexander reges "Scotiæ regibus Angliæ Johanni & Henrico ligium ho-"magium & fidelitatem fecerunt, quæ tenentur succes-"sores eorum comites & barones regni Scotiæ ipsis & suis "successoribus exhibere. Etiam quod idem rex jura-"mento præstito obligavit se, [1] quod nichil in regis An-"gliæ [2] detrimentum in futuro attemptaret. Item papa "Clemens scribens regi Angliæ pro Johanne episcopo "Sancti Andreæ expulso ab episcopatu suo per regem "Scotiæ, inter cetera rogavit, quod Willielmum regem "Scotiæ moneret & induceret, & si necesse fuerit dis-"cretione regali qua ei [3] præminet, & concessa suæ re-"giæ celsitudini potestate compelleret, ut dicto episcopo "omnem rancorem animi remitteret, & episcopatum "suum eum pacifice habere permitteret. Et post con-"ventionem prædictam in ecclesia beati Petri Eboraci "coram prædictis regibus Angliæ & Scotiæ & David Fol. 153. b. "fratre suo & universo populo episcopi, comites, & "barones, & milites de terra regni Scotiæ juraverunt "domino regi Angliæ & Henrico filio suo & heredibus "eorum fidelitatem contra omnem hominem sicut ligeis "dominis suis. Et idem Willielmus rex Scotiæ ad man-"datum regis Angliæ Henrici prædicti venit Northam-"ptoniam ad parliamentum domini sui, adducens secum "omnes episcopos, abbates, priores totius regni sui, & "venit etiam ad mandatum ejusdem regis in Norman-"niam. Et idem rex Willielmus post discessum regis "Henrici veniens Cantuariam, Ricardo regi Angliæ, fi-"lio & heredi dicti regis Henrici, fecit homagium. "Quo Ricardo rege mortuo, præfatus rex Scotiæ Willi-"elmus Johanni regi Angliæ, fratri & heredi dicti regis "Ricardi, extra civitatem Lincolniæ in conspectu totius "populi fecit ei homagium, & juravit ei fidelitatem "super crucem [4] Huberti, tunc Cantuariensis archiepis-"copi, & eidem regi Johanni domino suo concessit per

Willielmus Scotiæ rex fecit homagium Johanni regi Angliæ apud Lincolniam. M.

1. Et *pro* quod *in* C. C. 2. Detrimentum futurum C. C. 3. Premiret C. C. 4. Habenti C. C.

"cartam

"cartam suam, quod Alexandrum filium suum sicut ho-
"minem ligeum maritaret, promittendo firmiter in ea-
"dem carta quod idem Willielmus rex Scotiæ & filius
"suus Alexander Henrico filio regis prædicti Johannis
"tanquam ligio domino suo contra omnes mortales fi-
"dem & fidelitatem tenerent. A quo quidem Willielmo
"rege Scotiæ postmodum, pro eo quod desponderat fi-
"liam suam comiti Boloniæ præter Johannis regis do- Fol. 154. a.
"mini sui assensum, pro transgressione & temeraria tunc
"præsumptione hujusmodi, debitam satisfactionem sus-
"cepit. Item Alexander rex Scotiæ, [1] noster sororius, regi
"Angliæ Henrico patri nostro pro regno & postea nobis
"homagium fecit. Vacante deinde regno Scotiæ per mor-
"tem Alexandri regis illius, & subsequenter per mortem
"Margaretæ ejusdem regni Scotiæ reginæ, & dominæ
"Margaretæ proneptis nostræ, episcopi, abbates, priores,
"comites & barones, proceres, & ceteri nobiles & com-
"munitates totius regni Scotiæ ad nos, tanquam ad defen-
"sorem, ducem, aurigam, capitaneum, & dominum capi-
"talem ejusdem regni sic vacantis, gratis & spontanea vo-
"luntate accedentes, prout tenebantur de jure, jus no-
"strum, progenitorum, & antecessorum nostrorum, ac pos-
"sessionem superioris ac [2] directi dominii [3] in regno eo-
"dem, & ipsius regni subjectionem ex certa scientia, pure,
"simpliciter, & absolute recognoverunt, & præstitis ab
"eis nobis, tanquam superiori & [4] directo domino Scotiæ,
"debitis & consuetis fidelitatis juramentis, ac civitati-
"bus, burgis, villis, castris, & ceteris mansionibus ejus-
"dem regni in manu nostra traditis, ad custodiam ejus-
"dem regni [5] certos jure nostro regio officiales cum
"ministris [6] deputavimus, quibus ipsi tempore vacationis
"hujus concorditer fuerant obedientes, & intendentes Fol. 154. b.
"regiis nostris præceptis & mandatis. Postmodum au-
"tem diversæ personæ [7] super successionem in dictum
"regnum Scotiæ jure hereditario inter se contendentes,
"ad nos, tanquam ad superiorem dominum regni Scotiæ,
"accesserunt, petentes super successionem regni præ-

1. Nomine sororius *C. C.* 2. Dicti *C. C.* 3. Cui *pro* in *habet C.C.* 4. Dicto *C. C.* 5. Ceteros *C. C.* 6. Deputamus *C. C.* 7. Si *pro* super *in C. C.*

"dicti

"dicti per nos [1] exhiberi justitiæ complementum, vo-
"lentes & expresse consentientes coram nobis, tanquam
"coram superiori ac [2] directo domino, in omnibus or-
"dinandis stare & obtemperare, ac demum [3] judicialiter
"propositis & sufficienter auditis, rimatis & examinatis,
"& diligenter intellectis partium juribus, [4] finaliter in
"præsentia omnium prælatorum & nobilium quasi totius
"regni Scotiæ, & de voluntate & assensu expresso eo-
"rum procedentes, Johannem de Balliolo debite præfe-
"cimus in regem Scottorum, quem nunc in successione
"ejusdem regni heredis jura invenimus habere potiora.
"Qui quidem prælati, comites, & barones, communita-
"tes, & ceteri incolæ regni ipsius sententiam nostram ac-
"ceptaverunt, approbaverunt, & ipsum Johannem de man-
"dato nostro virtute hujus judicii in regem suum admise-
"runt, ac idem Johannes rex Scotiæ pro regno suo præ-
"dicto nobis homagium debitum & consuetum fecit, & fi-
Fol. 155. a. Johannes rex Scotiæ. M. "delitatis juramentum præstitit. Et ex tunc tam in Par-
"liamentis quam consiliis nostris tanquam subditus no-
"ster, sicut alii de regno suo, interfuit, & nostri tan-
"quam domini sui superioris beneplacitis & mandatis
"obediens & intendens extitit, quousque idem Johan-
"nes rex Scotiæ, & prælati, comites, & barones nobiles,
"[5] communitates, ac ceteri incolæ majores ejusdem regni
"ex præconcepta malicia, & prælocuta ac præordinata
"proditione, communicato consilio cum tunc inimicis
"nostris capitalibus notoriis amicitias copularunt, ac
"pactiones, conspirationes & conjurationes in exhereda-
"tionem nostram, & heredum nostrorum, ac regni no-
"stri, contra debitum homagium in crimen læsæ ma-
"jestatis nequiter incidendo, fidelitatis juramentum ini-
"erunt cum eisdem. Verum cum præmissa relatione &
"fama publica ad aures nostras devenissent, volentes
"futuris periculis præcavere, quæ ex hiis & aliis possent
"nobis, regno nostro, & nostri regni incolis verisimi-
"liter provenire, pro assecuritate regni nostri accessimus
"ad confinia regni utriusque, pluries mandantes eidem

1. Exhibi *C. C.* 2. Dicto *C. C.* 3. Judicialem *C. C.* 4. Finalem *C. C.* 5. Comitates *C. C.*

"Johanni

"Johanni jam regi Scotiæ, [1] ut ad certa loca in confinio "nostro prædicto ad nos accederet super præmissis & "aliis assecurationis statum, tranquillitatem & pacem "regni utriusque contingentibus tractaturus. Qui spre- "tis mandatis nostris in sua persistens perfidia ad bellicos "apparatus cum episcopis, prælatis, comitibus, baro- "nibus regni, ac aliis [2] exteris conductis contra nos, Fol. 155. b. "regnum [3] nostrum," & regni nostri incolas se conver- "tens accinxit, & ad hostiles aggressus & incursus pro- "cedens, regnum nostrum invasit, & quasdam villas "regni nostri per se [4] & suos eas est deprædatus quæ "vastavit incendio, homines nostros interfecit, & non- "nullis nautis nostris per eos peremptis naves hominum "nostrorum & regni Angliæ comburi fecit & è vestigio "aggredi, redditisque nobis homagio & fidelitate tam "pro se quam pro aliis quibuscumque regni sui incolis "per literas ejusdem regis verba offensionum exprimen- "tes, & inter alia verba [5] diffidationis continentes, co- "mitatus nostros Northumbriæ, Cumbriæ, & Westmer- "landiæ regni nostri Angliæ congregato exercitu ingenti "hostiliter per se & suos invasit, stragem innumeram "hominum nostrorum, incendia monasteriorum, eccle- "siarum, & villarum inhumaniter perpetrando, & pa- "triam undique depopulando, infantes in cunabilis, mu- "lieres in puerperio decumbentes gladio trucidarunt, &, "quod auditu horrendum est, à nonnullis mulieribus "mamillas atrociter absciderunt, parvos [6] clericulos pri- "mam tonsuram habentes & grammaticam discentes ad "numerum ducentorum in scolis existentes obstructis "hostiis scolarum igne supposito cremaverunt. Nos "quoque cernentes tot dampna, obprobria, facinora & "injurias ad exheredationem nostram & destructionem "populi nostri [7] proditionaliter irrogari, nec valentes Fol. 156. a. "ratione juramenti quo ad conservationem jurium [8] co- "ronæ regni nostri sumus astricti præmissa facinora ul- "terius concelare, nec jura nostra relinquere indefensa,

1. Ut cetera loca *C. C.* 2. Externis *C. C.* 3. *Deest C. C.* 4. *An*, & suos deprædatus est, easque vastavit incendio, &c? 5. Disinationis *C. C.* 6. Clericos *C. C.* 7. Proditionalem *C. C.* 8. Coronæ Angliæ & regni *C. C.*

"cum

"cum per leges ipsum Johannem tunc regem Scotiæ "gentemque suam nobis subditam justificare non posse- "mus, nec ipsum regnum Scotiæ, quod à longissimis "temporibus (sicut superius exprimitur) nobis & pro- "genitoribus nostris feodale extitit, in causis prædictis "contra dictum Johannem & gentem Scottorum vires "potentiæ nostræ extendimus prout de jure nobis licuit, "& processimus contra ipsos tanquam hostes nostros & "proditores. Subjecto itaque regno Scotiæ & jure pro- "prietatis nostræ ditioni subacto, præfatus Johannes "quondam rex Scotiæ ipsum regnum Scotiæ, quatenus "de facto tenuit, sponte, pure, & absolute reddidit in "manum nostram, suas proditiones & [1] scelera memo- "rata coram nobis & proceribus nostris recognoscens. "Quo peracto, præfati comites, & barones, nobiles & "communitates regni Scotiæ, quos ad pacem nostram "regiam suscepimus, subsequenter homagia & fideli- "tates nobis, tanquam inmediato domino & proprio "ejusdem regni Scotiæ, nobis fecerunt & præstiterunt. "Ac etiam redditis nobis ejusdem regni civitatibus, & "villis, castris, munitionibus, ac ceteris locis omnibus "ad dictum regnum spectantibus, officiales nostros & "ministros ad regimen ejusdem regni Scotiæ præfecimus
Fol. 156. b. "jure nostro. Cumque jure pleni dominii in possessione "ejusdem regni existere dinoscamur, non possumus nec "debemus quin insolentiam subditorum nostrorum re- "bellium, si quos [2] invenerimus, præminentia regia pro- "ut expedire viderimus reprimamus. Quia vero ex præ- "missis & aliis constat evidenter & notorium existit, "quod prælibatum regnum Scotiæ tam ratione possessi- "onis quam proprietatis ad nos pertinet pleno jure, nec "quicquam fecerimus vel caverimus in scripto vel facto "(sicuti nec possimus) per quæ possessioni prædictæ de- "beat aliquid derogari, Sanctitati vestræ humiliter sup- "plicamus, quatenus præmissa provida meditatione pen- "santes, ex illis vestrum motum animi dignamini infor- "mare, suggestionibus contrariis æmulorum in hac parte "fidem nequaquam adhibendo, quasi vero statum no-

1. Scelerata *C. C.* 2. Invenimus *C. C.*

The prospect of GUYE'S CLIF



A. Guye's Cave.
B. The alley over the Cave.
C. The lower walks.
D. A Cliffe in the rock.
E. The Cellar
F. The Passag
G. The great
H. Chambers i

Impensis Jurisconsulti doctis
de me



The Statue of the ſometime famous GUY ſtanding here within the Chapell of St Mary Magdalen.

The portraicture of IOHN ROUS, ſometime a Chantry prieſt here, as it was taken from an antient Roll, drawne by himſelfe, wherein the pictures of the Earles of Warwick are alſo curiouſly delineated.

Dugd. p. 184.



Impenſis Viri eruditiſsimi RICHARDI MEAD, M.D. de Academia OXONIENSI, uti etiam de me, optime meriti.

"ſtrum & jura noſtra regia ſupradicta habere velitis ſi "placet promptis affectibus commendata." [1] Quantum vero ad hoc quod petivit papa, quod ſi rex Angliæ jus haberet in regno Scotiæ vel in aliqua ejus parte, procuratores inſtructos mitteret & fieret eis juſtitiæ complementum, rex per ſe noluit reſpondere, ſed hoc commiſit [2] comitibus aliiſque terræ proceribus, qui ſuper hoc domino papæ hujus tenoris literas reſcripſerunt: "SANCTA "Romana mater eccleſia, per cujus miniſterium fides "[3] catholica in ſuis actibus cum ea, ut firmiter credimus, "maturitate procedit, quod nulli præjudicari, ſed ſin"gulorum jura conſervari velit illæſa. Sane convocato "nuper per Sereniſſimum dominum noſtrum Edowar"dum Dei gratia regem Angliæ illuſtrem Parliamento "apud Lincolniam generali, idem [4] dominus noſter quaſ"dam literas Apoſtolicas, quas ſuper certis negotiis con"ditionem & ſtatum regni [[5]concernentibus"] ex [6] veſtra Fol. 157. a. "parte receperat, in medio exhiberi ac ſerioſe nobis fe"cit exponi. Quibus auditis & diligentius intellectis "tam ſenſibus admiranda quam inaudita in eis audivi"mus contineri. Scimus enim, pater ſanctiſſime, & no"torium in partibus ac nonnullis non ignotum exiſtit, "quod à prima inſtitutione regni Angliæ reges ejuſdem "regni tam temporibus [7] Britonum quam" Anglorum ſu"perius & [8] directum dominium regni Scotiæ [9] habuerunt, "vel capitanei ſuperioritatis & [10] recti dominii ipſius "Scotiæ ſucceſſivis temporibus extiterunt. Nec ullis "temporibus ipſum regnum in temporalibus pertinuit vel "pertinet quoviſmodo ad eccleſiam dictam, quinymmo "idem regnum Scotiæ progenitoribus dicti regis noſtri "regibus Angliæ atque ſibi feodale extitit ab antiquo. "Sic etiam reges Scottorum & regnum aliis quam regi"bus Angliæ [non] ſubfuerunt nec [11] ſubici conſueve"runt. Neque reges Angliæ [12] ſuper juribus ſuis in regno "prædicto aut aliis ſuis temporalibus coram aliquo Ju-

1. Quintum *C. C.* 2. Communitatibus *MS.* 3. *Leg.* catholica gubernatur, in ſuis *&c.* 4. Dictus *pro* dominus *in* *C. C.* 5. *Deeſt* *C. C.* 6. Noſtra *C. C.* 7. *Deſunt* *C. C.* 8. Dictum *C. C.* 9 Habuerunt in poſſeſſione, vel capitanei *C. C.* 10. Dicti *C. C.* 11. Subjici *C. C.* 12. Superioribus ſuis *C. C.*

“dice eccleſiaſtico vel ſeculari ex præminentia ſtatus “ſuæ regiæ dignitatis & conſuetudinis cunctis tempori- “bus irrefragabiliter [1] obſervatæ reſponderunt aut re- “ſpondere debebant. Unde habito tractatu & delibera- “tione [2] diligenti ſuper contentis in [3] veſtris literis me- “moratis, communis, concors & unanimis omnium no- “ſtrorum & ſingulorum conſenſus fuit, & eſt, & erit “inconcuſſe Deo propitio in futurum, quod præfatus “dominus noſter rex juribus regni Scotiæ aut aliis ſuis “temporalibus nullatenus reſpondeat [4] judicialiter coram “vobis, nec judicium ſubeat quoquo modo, aut jura ſua “prædicta in dubium [5] quæſtionis" quæſtionis deducat, nec “ad præſentiam veſtram procuratores aut nuncios ad hoc “mittat, præcipue cum præmiſſa cederent manifeſte in
Fol. 157. b. “exheredationem juris coronæ Angliæ & regiæ dignita- “tis, ac [6] ſubverſionem ſtatus ejuſdem regni notoriam, “& in præjudicium libertatum, conſuetudinum, & legum “paternarum, ad quarum obſervationem & defenſionem “ex debito juramenti præſtiti aſtringimur, & quæ manu- “tenemus toto poſſe totiſque viribus cum [7] divino auxi- “lio defendemus. Nec [8] etiam permittimus, aut aliqua- “liter permittemus (ſicut nec poſſumus nec debemus) “præmiſſa [9] jam inſolita, indebita, & alias inaudita præ- “libatum dominum noſtrum regem, etiamſi vellet fa- “cere, quoquo modo attemptare. Quocirca Sanctitati “[10] veſtræ reverendæ [11] humiliter ſupplicamus, quatenus “eundem dominum noſtrum regem, qui inter alios prin- “cipes orbis terræ catholicum ſe exhibet & Romanæ “eccleſiæ devotum, jura ſua & libertates, conſuetudines, “& leges prædictas abſque diminutione & inquietudine “pacifice poſſidere ac illibata perſiſtere [12] benignus per- “mittatis.” Michi vero hujus operis compilatori mi- randum videtur, quod dominus papa hoc à rege Angliæ pro jure eccleſiæ Romanæ peteret, cum antequam ec- cleſia Romana temporales poſſeſſiones dono Conſtantini imperatoris poſſidebat [13] qualiter tunc regnum Scotiæ

1. Obſervare *C. C.* 2. Diligenter *C. C.* 3. Noſtris *C. C.* 4. Judicialem *C. C.* 5. *Deeſt C. C.* 6. Subjectionem *C. C.* 7. Dicto aux. *C. C.* 8. Autem *C. C.* 9. *F.* tam. 10. Vere *C. C.* 11. Humilem *C. C.* 12. *Leg.* benignius. 13. Qualem *C. C.*

[1] ſede

[1] sede papali feodarium existeret, quod diu ante, ymmo ipsius sedis ante institutionem, puta à primo [2] introitu Bruti primi regis hujus insulæ, tunc Britaniæ nunc Angliæ dictæ, sibi & suis successoribus subjacuit. Nec unquam potest [3] comperi, quod aliquis rex Angliæ integro assensu regni sui Romanæ ipsam superioritatem prædominii regni Scotiæ contulit ab heredibus suis. Devoti vero illæ sanctissimæ sedi fuerunt conferendo elemosinas. [4] Rex Ine conferendo annuum eis pensum unius denarii singulorum domum manentium per totam Westsaxoniam, quæ multum possidet de australi occidentali partem parte Angliæ. Hujus virtuoso exemplo ab aliis regibus ita [5] large concessum est, quod per totam Angliam eadem pensio eis solvitur. Item antiquorum industria circumspecta, utilitate publica pensata, tabellionatus officium Fol. 158. a. noscitur adinventum, personis fide dignis concedendum, ut contrahentium vota, acta judicialia, processus, contractus & pacta, & alia quæ in ipsorum sacra præsentia diligenter & prudenter auscultantes & etiam recolligentes conscribant, & super hiis requisiti publica faciant instrumenta. Ad quæ etiam [6] fideliter & [7] sine fraude conscribenda & in publicam formam redigenda ipsorum quilibet requisitus præstiti sacramenti virtute constringitur. Idcirco Andreas quondam Willielmi de Tang clericus [8] Eboracensis diocesis sacrosanctæ sedis apostolicæ publicus auctoritate notarius, & magister Johannes Artiur de Cadomo prædictæ sanctissimæ sedis notarius publicus testes erant prædicti processus de superioritate regis Angliæ ad Scotiam, & de discreta ejusdem dicti regis determinatione in ambiguitate regis futuri & aliis multis materiis dictum longum processum concernentibus. Unde anno Domini M. CCLXXXXI°. mensis Maii die x°. apud Norham in confinio Angliæ & Scotiæ Dunelmensis diocesis convocato Parliamento per dominum regem Angliæ Edwardum, filium regis Henrici tercii, prolocutor Parliamenti in præsentia Anglorum & etiam Scotorum in magna multitudine præsentium dixit, "quod

1. Leg. sedi. *At deest in C. C.* 2. Interitu *C. C.* 3. *Sic.* 4. *Non aliter hac concipiuntur.* 5. Longe *C.C.* 6. Fidelem *C.C.* 7. Super *C.C.* 8. Eborum *C.C.*

"rex Angliæ directus dominus Scotiæ considerans desolationem Scotiæ pro defectu regis vos in hac quindena Paschæ proximo præterito ad locum istum, in dicti regni confinio situatum, ut vestris laboribus parceret & expensis per suas literas convocavit. Et quod ipse sit vester dominus directus per diversas Chronicas & per alias informationes & rationes evidentes si necesse fuerit paratus est probare, & hac potentia sua usus justitiam faciat universis, & unde hæc deduci valeant ad effectum idem dominus rex super præmissis [1] vestrum benivolum requirit assensum, & superioritatis & hujus directi dominii recognitionem." Tunc domini Scotiæ præsentes diem ad consulendum cum dominis & communibus absentibus de illa materia petierunt. Tunc præfixa est eis secunda dies mensis Junii proximo [2] sequens. Rex Angliæ ad probationem sui directi dominii super Scotiam incepit à tempore Bruti, & sic successive descendendo usque ad tempus suum, sicut in antiquis Chronicis & libris in diversis Angliæ & Scotiæ regnorum monasteriis compertis scripta reperiebantur, videlicet in Chronicis magistrorum Mariani Scoti, Willielmi de Malmsburia, Rogeri de [3] Hoveden, Henrici de Huntingdon & Radulphi de Duceto in multis libris, necnon sanctorum patrum summorum pontificum bullis plumbeis & aliis autenticis scriptis, ut secundum Gaufridi Chronicam in temporibus Hely & Samuelis prophetæ vir quidam strenuus & insignis Brutus nomine de gente Trojanorum post excidium urbis Trojæ cum multis nobilibus Trojanorum applicuit in hanc insulam, tunc Albania dictam, gigantibus inhabitatam. Qui Brutus illic gigantibus devictis fecit urbem Trinovantum, nunc London dictam. Et ipse existens rex hîc pacificus [4] divisit regnum in tres partes, [5] Leogriam, quæ nunc Anglia [6] dicitur, Cambriam, quæ Wallia appellatur, & Albaniam, quæ nunc nomen Scotiæ sortitur. Quas partes dedit tribus filiis suis, constituens superioritatem in Leogria, reliquas duas sibi subdens & superioritate Loëgriæ reservata. Et biennio post

Fol. 158. b.

London. M.

Divisio regni Angliæ in tribus partibus, scilicet Loëgriam, Cambriam, & Albaniam. M.

1. Virum benevolum *C. C.* 2. Sequentis *C. C.* 3. Hunden *C. C.* 4. Dimisit *C. C.* 5. Loëgram *C. C.* 6. Dicta *C. C.*

mortem

mortem Bruti Albanacto ab hostibus [1] eum insultantibus occiso Albania rediit Locrino. Et sicut Britones Albaniam inhabitantes semper subditos posuerunt regibus Leogriæ sive Angliæ: sic & Scotti Anglorum regibus semper fuerunt subditi, ut patet per Chronicas annuatim recurrendo, & evidet in litera superius scripta prædicti regis Edwardi domino papæ Bonifacio directa. Adveniente die limitata, videlicet secunda die Junii anno prædicto, congregatis ex opposito castri de Norham ex altera parte fluminis de Tweda in quadam terra viridi in parochia de Upsetlington Sancti Andreæ diocesis, congregatis Scotis ex omni [2] quasi statu, præfatus rex Angliæ illustris in dicto castro de Norham existens misit [3] illis Fol. 159. a. Robertum episcopum [4] Bathoniensem, petens an [5] aliquid habebant ostendere contra superioritatem suam in dominio Scotiæ. Et ipsi nichil habebant ostendere. Et tunc protestabantur, quod eum pro directo domino Scotiæ recipiebant, & ejus judicio de rege futuro vellent se [6] sine variatione assentire. Sic dicebant omnes [7] seriatim qui thronum [8] regium vendicabant, & in sua carta sigillis suis signata obligaverunt se [9] stare regis Angliæ judicio in hac materia. Tunc ordinatum est, quod Johannes de Baliolo & Johannes Comyn pro se & aliis petentibus, qui nominationi & electioni per ipsos faciendæ consentire vellent, eligant XL. viros fide dignos secundum credere suum, & dominus Robertus [10] Bruz pro se & aliis petentibus, qui nominationi & electioni consentire vellent, eligant alios XL. quorum nomina in scriptis tradita sunt regi quinta die Junii, Et dominus rex ultra prænominatos & electos XXIIII. & plures vel pauciores pro suo libito ratione superioritatis & directi dominii sui illis LXXX. assignaret. Ita ut hii electi insimul congregati jura omnium & singulorum petentium faciant sicut juri & rationi fuerit faciendum & ut magis viderent convenire, & regem inde [11] instruere, ut ipse pronuntiet sicut de jure est faciendum; potestate tamen li-

1. Enim insult. *C.C.* 2. Qui statu *C.C.* 3. Illum *C.C.* 4. Bathoniæ *C.C.* 5. Aliud *C.C.* 6. Super *C.C.* 7. Fratri qui *C.C.* 8. Regni *C.C.* 9. Facere regis judicio *C.C.* 10. Rouz *C.C.* 11. Instituere *C.C.*

bera

bera addendi, mutandi & diminuendi de assignandis per ipsum regem sibi semper reservata. Item ordinatum est, quod si aliquis vel aliqui de illis octoginta per infirmitatem vel aliud [1] hujusmodi non adesse, tunc licitum [2] erit eis totiens quotiens pro absente alium vice ejus assumere. Et isti electi convenerunt apud Berwyk super Twedam, limitata eis die determinationis materiæ per eos secunda die mensis Augusti. Facta est hæc limitatio eis sexta die Junii, sed hæc dies postea prolongata est. Tandem devenit ad hoc [3] quod quæstio mota est electis, "an linea gradui esset præferenda, vel è contra," & electi responderunt regi ad hoc dicentes, "Quod linea, "licet uno gradu remotior." Tunc rex materias continuavit. Tandem XVII. die Novembris adjudicata est corona Scotiæ Johanni de Baliolo, salvo homagio ab ipso, domino regi Edwardo & successoribus suis regibus Anglis. Et xx. die Junii in castro de Norham Johannes de Baliolo rex Scotiæ fecit fidelitatem pro dicto regno Scotiæ in aula ejusdem castri, & juravit fidelitatem, & inde fecit cartam. Et anno Domini M. CC. LXXXXIII. incipiente, festo Sancti Stephani apud Novum Castrum super Tinam Johannes rex Scotiæ fecit homagium Edwardo regi Angliæ in aula ejusdem castri pro toto regno Scotiæ & omne quod ei [4] appendet. Hîc multa alia inseruissem, si quendam librum meum habuissem plenarie hanc materiam tractantem, quem mutuo pro tempore tradidi reverendo in Christo patr: & domino domino Johanni Fox in decretis Doctori, episcopo Excestriæ, custodi privati tunc sigilli sub metuendissimo principe Henrico septimo rege Angliæ. Rege Johanne de Baliolo à corona Scotiæ & throno regio separato intrusit se Robertus de Bruz, & regnavit annis XXIIII. Rege [5] etiam Edwardo sub minori ætate coronato, qui tunc regno præerant insano utentes consilio per cartam regio sigillo signatam excluserunt regnum Scotiæ à regno Angliæ, relaxantes [6] in superioritatis coronæ Angliæ super Scotiam. Sed mihi & multis aliis videtur, quod illa

Novum castrum. M.

Fol. 159. b.

Robertus de Bruz rex Scotiæ. M.

1. Hujus non adessent *C. C.* 2. Esset *C. C.* 3. Quod cummota est *C. C.* 4. Impendet *C. C.* 5. Autem *C. C.* 6. *F.* jus.

per

per cartam relaxatio nichil valet, quia non facta fuit unanimi consensu procerum qui regnum defenderent & privilegia antiqua & jura servarent. Etiam minor ætas regis idem excusaret, & pro nichilo illam cartam furtive factam pro vano & illicito facto revocaret. Videmus nempe sæpius pueros matrimonialiter junctos cum magna solempnitate ecclesiæ, & tamen [1] non" obligat, nisi consensus partium cum perfecta discretione ætate ad hoc congrua sequatur. Et si tunc [2] concensus denegetur, dispensatio hujusmodi pro nulla reputabitur. Sic ipsa carta in minore ætate regis facta, & per eundem regem cum ad annos discretionis pervenit revocata est, & constituit Edwardum de Baliolo filium regis Johannis regem Scotiæ, qui Scotos rebelles sæpius valde contrivit. Tandem tœdio falsorum Scotorum fatigatus coronam Scotiæ iterum dicto regi Angliæ & suis heredibus regibus Angliæ resignavit. Etiam, ut scribit in Chronica sua quidam Johannes Herdyng, quod fortuna sibi favente ipse idem Johannes recuperavit in suam propriam custodiam dictam cartam factam Scotis per dictum regem Edwardum tercium in minore ætate sua de relaxatione superioritatis regis Angliæ super regnum Scotiæ, &, ut ipsemet asserit, dictam cartam manu propria apud Leicestriam deliberavit invicto principi Edwardo [3] quarto illustri regi Angliæ. Et hæc ad tempus sufficiunt de regno Scotiæ.

Nobilis comitatus Engolismi in Vasconia licet non re tamen de jure pertinet coronæ Angliæ. Nam Johannes rex Angliæ duxit in uxorem illustrem dominam Isabellam, filiam & heredem nobilis comitis de Engolismo in Vasconia, de qua illustri domina prædictus rex Angliæ Johannes genuit regem Henricum tertium amborum verum heredem, & sic jure materno dicto regi Henrico devoluta est tota ampla hereditas nobilium comitum de Engolismo in Vasconia. Hujus regis diebus anno Domini M. CLIX. [4] festum" Reliquiarum primo institutum est solempniter ab ecclesia celebrari. Et hujus regis Fol. 160. 2. Henrici secundi diebus anno Domini M. C. LXXV. incepit

1. *Deest in MS.* 2. *Sic.* 3. Quinto *C. C.* 4. *Deest C. C.*

primo

primo scabies ovium in Anglia, & IX. anno sequente, secundum Chronicam Willielmi de Wanges, Philippus rex Franciæ fecit omnes vicos civitatis Parisiensis sterni duris lapidibus, ut [1] nomen derisum ab antiquo pro lutositate datum scilicet [2] Luteia auferret. Hanc quondam Trojani egressi de Sicambria sub principe Ibor nomine fundaverunt annis [3] DCCCIXCV. ante incarnationem Christi, vocantes eam Parisius, & incolas Parisianos ab Alexandro Paris, filio Priami regis Trojæ. Et anno quinto sequente omnes Judæi sub ditione regis Franciæ expulsi sunt.

Philippus rex Angliæ jussit omnes vicos civitatis Parisiensis duris lapidibus sterni. M.

Ibor fundavit civitatem Parisiensis. M.

Illustris rex Angliæ Ricardus primus, qui [4] communiter propter audaciam suam Cor de [5] Leon nominatur, filius regis Henrici secundi natus est in regio palacio Oxoniæ festo Assumptionis beatæ Mariæ, ubi modo est domus fratrum Carmelitarum, & ipsa aula ecclesiæ, ut antiqui dicunt, erat aula olim regia, & ubi campanile situatur erat camera ubi natus est prædictus nobilis rex Ricardus. Et rex Edwardus secundus contulit dictum palacium fratribus Carmelitis, qui prius manebant juxta littus aquæ Thamisiæ ex opposito abbatiæ ibi monachorum de Ruley ordinis Cisterciensis. Et bene recolo dum eram ad scolas Oxoniæ rex Henricus sextus, quociens ad illas venit partes, solebat [6] apud dictos fratres, ut in proprio palacio, moram trahere. Iste [7] eciam rex Ricardus guerra incepta inter eum & regem Cipri nomine Cursachum conquisivit regem Cipri, & eum primo captum sub certa appunctuatione liberum dimisit, & cito pactum fregit, quem rex Ricardus de loco in locum insequens iterum cepit. Qui conquestus est dicens, si ferro esset vinculatus cito moreretur. Unde rex Ricardus eum tenuit & vinculis argenteis compedivit causa guerræ inter eos, ut subtus plane scribitur, compedibus argenteis vinculavit. Distat hoc regnum Cipri à terra Sancta per triduanam navigationem. Tunc insulani reddiderunt se regi, & duobus

Rex Ricardus primus, qui est dictus Cordelion, natus est Oxoniæ in regio palatio, quod primo appellata domus fratrum Carmelitarum. M.

Rex Ricardus conquisivit regem Cipriæ. M.

1. Non derisium *C.C.* 2. Lutetia auferetur *C.C.* 3. *Sic MS.* 4. Comiter *C.C.* 5. Lion *C.C.* 6. Ad dictos *C.C.* 7. Autem *C.C.*

bus mensibus in Cipro exactis, cunctis illi urbibus, & munitionibus, & thesauris cum filia regis resignatis, tandem ordinata prout voluit & decuit insula, cunctisque rite Fol. 160. b. dispositis, per mare [1] Tholomaïdam properavit. Et non longe post, ut scribit Johannes Herdyng in Chronica sua, rex Ricardus vendidit regnum Cypri Guidoni regi Jerusalem cum maritagio filiæ regis Cypri Cursach nuper defuncti, & pro defectu exitus dicti Guidonis & uxoris suæ talliavit dictus rex Ricardus regnum Cipri sibi & heredibus suis. Et ex Chronica Willielmi de Wanges habetur, quod anno Domini M. C. LXVII. Aimericus, rex Cipri, frater Guidonis regis, factus est rex Jerusalem, eo quod nupserat dominæ Isabellæ, relictæ Conradi regis Jerusalem, [2] cui regni jus competebat. Jam nostris diebus est sub regimine Venetorum, ut scribit Bernardus Decanus Maguntinensis in Itinerario suo. Erat tunc rex Ricardus peregrinus, & in causa Dei cum nobili militia contra Saracenos pugnaturus juravit. Causa guerræ inter eum & regem Cypri erat hæc. Nam anno Domini M. C. LXXXXI. rex Anglorum Ricardus in Terram Sanctam à Cicilia in regnum Cypri navigio procedens, irruentibus Cypris, duæ naves ejus confractæ spoliatæ sunt. Quapropter rex Ricardus regem terræ satisfacere nolentem de urbe in urbem prosequebatur donec se dedisset. Reddidit ergo se regi Ricardo eo pacto, ut in vinculis ferreis non poneretur. Annuit rex Ricardus, sed in vinculis argenteis conjecit eum. Et sic de tota insula ad libitum disposuit per universum tempus ibi commorando. Scribit etiam quidam venerabilis & magnæ literaturæ vir noster contemporaneus magister Bernardus de Breidenbach, Decanus ecclesiæ Maguntinensis, in Itinerario suo versus Terram Sanctam, quod anno Domini M. CCCC. LXXXIII. fuit ipse peregrinus in Cypro [3] usque Terram Sanctam, quod regnum à Cypro civitate trahit nomen, & cum sociis suis venit in civitatem, cui vocabulum est Piscopia, quam cum quidam rex Angliæ comperisset, sororem suam Jerosolymam pergentem ibi à rege Cypri fuisse violatam, dicitur penitus destruxisse & totam illam

1. Thomaïdem *C. C.* 2. Circa *pro* cui *in C. C.* 3. Versus *C. C.*

Alianora regina ad civitatem Turonensem adduxit Ricardo filio suo regi Angliæ filiam regis Naverrorum, quam Rex Ricardus duxit in uxorem 12. die Maii. M.

patriam [1] vastavisse. Quis nominatim erat ipse rex non determinat. Hoc tamen in Chronicis habemus, [2]Quod ad civitatem Turonensem quod Alianora regina Angliæ filio suo regi Ricardo adduxit ad eum [3] Berengoriam" filiam regis Navarrorum virginem cum sorore sua regina Siciliæ, quam rex Ricardus duxit XII. die Maii in uxorem, & abhinc transtulit se versus Terram Sanctam. Et in suo reditu à Terra Sancta in Cyprum remigans inde [4] præmisit duas reginas, scilicet uxorem & sororem cum omne pene familia sua usque Siciliam. Iste [5] etiam idem rex dum esset in Terra Sancta fecit Walterum archiepiscopum Rothomagensem suum regnum Angliæ disponere. Rex Ricardus non permisit dominos Angliæ solito modo in dominiis suis omagium facere. Warwicensium prioribus temporibus omagium erat ad orientem, ut reperi in scriptis Cancellæ ecclesiæ collegiatæ Sanctæ Mariæ matris Christi, ubi, ut diebus meis novi, erat venella modo obturata & ad austrum cemiterii translata. Monetariorum etiam nomina ibidem licite tunc & ante occupantia in scriptis sæpius legi, ut Baldredus, Everardus, & ceteri hujusmodi monetarii. Horum solita mansio in loco, ubi vicarii nunc collegii manent, pro certo erat. Iste [6] etiam maximæ audaciæ rex ne militia torpore laberetur statuit torneamenta amplissime in regno suo ex usu continuari. Sane hujusmodi militaris concertatio prius nunquam in Anglia fuisse noscitur nisi in diebus regis Stephani, cum per ejus indecentem, secundum Willielmum Nuburgensem libro quinto, mollitiem nullus esset publicæ vigor disciplinæ. Porro temporibus regum priorum, Henrici quoque secundi, qui Stephano regi successit, in Anglia prorsus inhibitus, qui forte armorum affectantes gloriam exerceri volebant, transfretantes in terrarum exercebant confiniis. Considerans igitur illustris rex Ricardus Gallos in conflictibus tanto esse acriores quanto exercitatiores atque instructiores, ideo Anglos hoc ludo exerceri voluit, ne

Fol. 161. a.

1. Vascasse (*pro* vastasse) *C. C.* 2. *Hæc ita se habent in Cod. nostro MS.* 3. *Deest C. C.* 4. Permisit *C. C.* 5. Autem *C. C.* 6. Autem *C. C.*

tanquam

tanquam rudes & ignari [1] haberentur. Hujusmodi vero torneamenta tribus generalibus consiliis prohibita sunt per Innocentium papam & Eugenium papam, ac tercio in concilio Lateranensi sub papa Alexandro, ubi statutum est quod sic [2] decedentes Christiana carerent sepultura. Sed iste ludus postea anno Domini M. CC. XLII. in alium modum ludendi commutatur, & vocabatur rotunda tabula, & inde sæpius quorundam ludentium seque- Fol. 161. b. batur mors. Et convenirent milites & generosæ dominæ, ipsi [3] hastiludo utebantur, & dominæ tripudiando amictæ [4] sericis mantellis pro anulis preciosis. Ut Rogerus de Mortuo mari comes Marchiæ apud Killingworth prope Warwyk anno Domini M. CC. LXXIX. rotundam tabulam tenuit solempniter cum C. militibus & C. dominabus. Ad quam pro exercicio armorum de diversis regnis confluxit militia multa nimis. Iste rex Ricardus nobilissime se habuit in Terra Sancta; & in redeundo captus est per ducem Austriæ, & positus ad redemptionem ducentorum millium marcarum. Dimidium solvit, & de reliquo pardonatus est. Dimidio soluto relaxatus est, & Angliam rediens tandem partibus transmarinis in quadam obsidione vulneratus est ad mortem ictu balistæ venenatæ. Et anno Domini M. C. LXXXXIX. [5] apud" Andeliam in Normannia construxit castrum in signo, quod olim pertinebat archiepiscopis Rothomagensibus, & erat in confiniis Franciæ & Normanniæ. Et post mortem tripartitus est, tribus locis diversis sepeliendus. Unde quidam metricus [6] de eo" sic ait:

Rex Ricardus captus est in redeundo per ducem Austriæ, cujus restitutionem solvit centum mille marcas, & postea Angliam rediens ictu balistæ venenatæ vulneratus est ad mortem. M.

Rex Ricardus construxit castrum in confiniis Franciæ & Normaniæ.

Tripartitio corporis Ricardi regis Angliæ post mortem & defunctio nem ejus. M.

Viscera Carleolum, Fons corpus servat Ebraudi,
Et cor Rothomagus, magne Ricarde, tuum.

Erat iste rex Ricardus statura procerus, elegantis formæ, inter rufum & [7] flavum temperata [8] sesarie, membris flexibilibus & directis, brachia producta, tibiarum longa dimensio, totiusque corporis dispositio pene congrua, species digna imperio. Hæc Trevet. Regi Ricardo in

---

1. Viderentur *C.C.* 2. Perpetrantes *C.C.* 3. Hastitudo *C.C.* 4. Servicis *C.C.* 5. *Deest C.C.* 6. *Desunt C.C.* 7. Flavum medio temperata *C.C.* 8. *Sic, pro* cæsarie.

teſtamento & ultima ſua voluntate ſucceſſit in regno frater ſuus Johannes. Habuit rex Henricus ſecundus IIII^or^. filios legitimos, duos magnæ ſtaturæ, ſcilicet duos ſeniores filios, Henricum in regem coronatum, ante patrem mortuum, & regem Ricardum. Et præter hos habuit alios duos parvæ ſtaturæ, Gaufridum videlicet jure uxoris comitem Britanniæ Minoris, patrem Arthuri veri heredis Angliæ, quem rex Johannes tyrannide interfecit, & ipſum regem Johannem virum albi coloris, vultu [1] ſpecioſum ſed actibus multum ſceleroſum.

Rex Johannes. M.

Fol. 162. a.

Natus eſt rex Johannes vigilia Nativitatis Domini in Anglia, ſecundum quoſdam Oxonienſis, vero ſecundum alios tranſmarinos natus eſt in civitate de Andegavenſi ſive Angers. M.

Natus eſt iſte rex Johannes vigilia Nativitatis Domini ſecundum quoſdam Oxoniæ, & ſecundum Trevet natus erat in Anglia, ſecundum alios in partibus tranſmarinis civitate Andegavenſi ſive de Angers. Suis temporibus inceperunt ordines fratrum Prædicatorum ſub Sancto Dominico, & Minorum ſub Sancto Franciſco. Ducatus [2] etiam Normanniæ ab Anglorum dominio jam primo ad manus Francorum [3] devoluta eſt. Et civitates Angliæ primo ſub Majoribus gubernatæ ſunt, per antea ſub ballivis. Primus Major civitatis Londoniæ nominatus eſt Henricus Dewke anno x°. regni dicti regis Johannis. Ejus [4] etiam diebus per ſeptennium tota Anglia erat [5] poſita ſub interdicto. Hujus regis diebus, ſecundum Flores Hiſtoriarum, amotum eſt ſcaccarium à Weſtmonaſterio uſque Northamptoniam anno Domini M. CC. IX. Et ſic variis de cauſis ad alias villas diverſis vicibus amotum eſt à Weſtmonaſterio, ut ad Salopiam anno Domini M. CC. LXXVII. & ad [6] Eboracum. De iſto rege Mathæus Pariſienſis in Chronica ſua ſcribit, quod ſuo tempore quidam Philoſophi Græci, vultu & geſtu ſeveri & venerabiles, tercio vel quarto anno regni ſui in Angliam ab Athenis Græciæ venientes curiam regiam adierunt, ſperantes eos & alios per [7] conſequens in archum pravum convertiſſe. Seneſcallo quoque regis dixerunt: "Habemus ſermonem domino regi declarandum. Latini

1. Ponſum *C.C.* 2. Autem *C.C.* 3. *Sic.* 4. Autem *C.C.* 5. Ponita *C.C.* 6. Eborum *C.C.* 7. Conſequens occidentales in archum *C.C.*

"enim

"enim Christiani à [1] tramite veritatis in articulis fidei "exorbitantes enormiter periclitantur, quos desideramus "ad cognitionem veritatis salubriter rationibus irrefra-"gabilibus revocare, ut ipsi salventur." Quod cum domino regi Johanni plenius intimaretur, spiritu sancto, ut creditur, doctus respondit: "Multorum Sanctorum, "de quorum sanctitate & auctoritate toti mundo con-"stat, miraculis evidentibus fides, quam suscepimus, ro-"boratur testimonio. Nolo igitur ut eorum ambagis dis-"putationibus discussa vacillet, [2] ne certa pro incertis "commutemus. Possent enim cito multos etiam in fide Fol. 162. b. "nunc stabiles cum suis ambagibus & dubiis deceptio-"nibus à statu certitudinis concutere, & aliquam novi-"tatem qua gaudent moderni persuadere. Recedant "igitur confestim, nec amplius videantur in terra mea." Et sic [3] imposito eis silentio vacui recesserunt & confusi. Hiis diebus in sigillis dominorum erant tunicæ super loricas, antea non, & ipsæ tunicæ erant longæ ad talos. Istius regis temporibus erat guerra baronum in Anglia, Ludowico filio regis Franciæ in regnum ad regnandum vocato. Sed tandem Lincolniæ captus, cum dedecore ad propria remeavit, juratus quod titulum suum ad Angliam per dictam quorundam baronum advocationem injustam pro imperpetuo renunciaret. Ad multa etiam alia sub eodem juramento astrictus est. [4] Iste rex Johannes fundavit abbathiam de [5] Bewle in Nova Foresta comitatu Suthamptoniæ ordinis Cisterciensis, redditibus & possessionibus uberrime & amplis privilegiis eandem roboravit, & matrem suam reginam dominam Alianoram ibi honeste tumulavit. Monialibus etiam de Godstow juxta Oxoniam & monialibus de [6] Wroxhale juxta Warwyk, pro animabus parentum suorum & sua, & pro anima dominæ Rosamundæ olim patris [7] suis concubinæ, per matrem suam [8] Alienorem reginam apud Woodstok veneno interfectæ, & apud Godstow sepultæ, amplas possessiones dedit. Demum ipse rex

Rex illustris Johannis fundavit abbathiam de Bowle in Nova Foresta in comitatu Sothamptoniensi ordinis Cisterciensis. M. Regina nobilis Alienora maxima benefactrix abbathiæ de Godstoue. M.

1. Tirannitate *C. C.* 2. Nec *MS.* 3. Imponito *C. C.* 4. Ipse *C. C.* 5. Bowley *C. C.* 6. Wexhale *C. C.* 7. *Leg.* sui. 8. *Sic.*

Apud Newarke de veneno obiit rex Johannes, & sepelitus apud Wigorne. M.

Johannes veneno sumpto in dissentiriam, id est, fluxum ventris, incidit, unde obiit apud Newark, & Wigorniæ sepultus est. Cui multi applicant illud vaticinium Merlini, "Inter sanctos collocabitur." Ibi jacet ante summum altare monachorum in ecclesia cathedrali inter nobilia scrinea Sanctissimorum Confessorum Wolstani & Oswaldi, olim Wigornensium episcoporum. Ad hoc obprobrium ductus est, quod coactus pro obduratione sua [1] tempore interdicti" demum sponte coronam suam resignare & sub tributo eam resumere. Sed id tributum pro nichil in post reputatum est. Isto rege Johanne viro malarum conditionum siccis lacrimis deplorato [2] in morte, alis papalibus defensus successit sibi filius suus & heres rex Henricus tercius. Mox [3] festo apostolorum Simonis & Judæ puer IX. annorum Gloucestriæ est in regem coronatus, fultus viribus & industria Gualonis, legati [4] papæ, Wintoniensis episcopi, & comitum de Pembrok & Cestriæ. Facta [5] hæc ibi coronatio guerra cogente anno Domini M. CC. XVIII. Circa hæc tempora domini in sigillis modo [6] solido habebant equites armatos cum gladiis, & in dorso sigillorum de novo arma sua posuerunt in scutis, & facies ymaginum primo habuerunt **umbrelles**. Item anno Domini M. CC. LII. missi sunt in Anglia Ricardo fratri regis Angliæ bubali utriusque sexus, ut hujusmodi animalia in partibus nostris multiplicarentur. Et triennio post hoc elephas dabatur regi Angliæ Henrico tercio. Eodem [7] etiam anno erat tanta caliditas & siccitas, quod ab eo, tanquam insigni termino, consueverunt aliquando homines tempora rerum actarum computare, & talia contingentia de siccitate, tonitruo, vento, fluminibus, & hujusmodi quæcumque fuerint aliqua futura pronosticant. Idem faciunt monstra orta cum ordo naturæ subvertitur, mala pronosticant, ibi præcipue ubi oriuntur. Etiam, secundum Willielmum Wanges, si forte sanguis Christi Sacramentalis effundatur extra calicem, portendit periculum fu-

Fol. 163. a.

Rex Henricus tercius fuit coronatus apud Glocestriam. M.

Bubali utriusque sexus missi sunt Ricardo regi Angliæ, ut multiplicarentur. M.

---

1. *Desunt C. C.* 2. In morte, huic successit sibi *C. C.* 3. Sancto apost. *C. C.* 4. Propter Wintoniensem episcopum & comitem de Pembrok. *C. C.* 5. Hæc fuit ibi *C. C.* 6. *Sic.* 7. Autem *C. C.*

turum

turum illi loco, licet ex negligentia acciderit, ut accidit [1] papæ" anno Domini M. C. XLIX. Quod monstra & prodigia futura prædicant, asserit Vincentius in Speculo Naturali libro XXX. cap. CXIX. Iste rex Henricus fundavit hospitale Sancti Johannis Oxoniæ, ubi modo est nobile certe collegium Scolarium, vulgariter dictum Maudlyn Colledge. Prima observatio in elemosynis & peregrinorum receptione multum melius solito continuatur, secundum formam primæ fundationis. Frater [2] etiam hujus regis Ricardus primo comes Cornubiæ, post rex Almaniæ, & semper Augustus, fundavit abbathias monachorum Cisterciensis ordinis de Royal, alias Rewley, Oxoniæ, & de Hayles in comitatu Gloucestriæ ubi honorifice est sepultus. Cor tamen suum Oxoniæ in choro fratrum Minorum sub [3] sumptuoso & mirandi operis piramide decentissime humatum est. Hujus regis Almaniæ Ricardi semper Augusti filius & heres nobilis Cornubiæ comes Edmundus processu temporis ad dictum monasterium de Hayles prædictum jocale inter omnia preciosissimum partem sanguinis Christi fusi in cruce dicto monasterio attulit & pro futuris ibi temporibus reliquit. Qui quidem sanguis à vulneribus Jesu Christi Salvatoris nostri distillabat, dum pro nostra omnium redemptione pendebat in cruce. Et anno Domini M. CC. LXIII. [4] quasi quadam congruentia festum corporis ordinatum tunc est festive celebrari solempniter cum Octavis in universali ecclesia. Hujus patrui regis Angliæ Henrici tercii Wintoniæ nati ultimis diebus incepit nova Baronum acerrima guerra contra dominum suum regem, quæ terminata est in bello apud Evesham, occiso ibi Simone de Monte Forti comite Leicestriæ cum multis aliis. Qui erant ex parte comitis Simonis quadam proditione ceperunt castrum Warrwici multis de castellanis illo [5] insultu occisis. Muris [6] etiam castri exceptis [7] turribus funditus prostratis, Comitem Willielmum, nomine Manduit, cum Alicia comitissa secum ad

Fol. 163. b.
Rex Almaniæ semper Augustus fundavit abbathias monachorum ordinis Cisterciensis, quarum unam fundavit & construxit Oxon̄, quæ vocatur Rewley, alteram apud Hayles Gloucestriæ. M.

---

1. *Deest C. C.* 2. Autem *C. C.* 3. *Sic.* 4. Qui *pro* quasi *in C. C.* 5. Inflictu *C. C.* 6. Autem *C. C.* 7. Tribus *C. C.*

castrum

castrum de Kenelworth tamen in sua custodia transtulerunt, comitis redemptionem ad novemdecim centenaria marcarum limitaverunt, & ante ejus liberationem ad plenam solutionem eum [1] cogerunt. Nec multum post quin rex Henricus superveniens Warwici consilium cum proceribus suis spiritualibus & temporalibus tenuit. Castrum de Kyllingwurth obsidens, demum, discretis mediantibus viris, facta est apunctuatio inter regem & in castro obsessos, & sub apunctuatione castrum est redditum regi, ut vidi Londoniis in aula Gild in libro intitulato de aquis Thamisiæ, & Octobonus legatus tunc in Anglia postea papa dictus Adrianus quintus dictam apunctuationem publice in pulpito ecclesiæ collegiatæ Sanctæ Mariæ Warwici Dominica post festum Omnium Sanctorum coram domino rege Angliæ Henrico tercio &
Fol. 164. a. toto suo nobili consilio, immo tocius regni Angliæ autentico auditorio omnium [2] statuum insimul tunc congregatorum distincte propalavit. Ingens tunc erat audientibus cunctis vultus exhillaratio, manuum plausus, & corde gaudium. Iste etiam rex Henricus coëgit omnes Judæos Angliæ singulis diebus Veneris abstinere à carnibus, & etiam in Quadragesima. Rex Edwardus primus,
Rex Eduardus primus. M. vulgariter dictus **Kyng Edward with the long shankes**, erat patre suo rege Henrico multum altior. Ipse eciam rex Henricus erat vir mediocris staturæ, sed bene compactus, alterius oculi palpebra demissiore, ita ut partem nigredinis pupillæ celaret. Erat eciam robustus viribus, sed præceps in facto. Sed filius suus, ut supra dixi, rex Edwardus primus erat vir procerus & elegantis formæ, altæ staturæ, qua ab humeris & supra omni populo præeminebat. Cæsaries ejus in adolescentia à colore pene argenteo in flavum vergens, in juventute à flavo declinans in nigredinem, & sinistri oculi palpebra demissior erat, [3] paterni aspectus similitudinem exprimens, & [4] cum lingua blæsa erat sibi efficax facundia. Iste rex Edwardus erat Saracenorum malleus & oppressor, Scotorum corrector, & Anglorum indeficiens protector. Hic Walliæ principatum principe Lewelino perempto sibi &

1. *Sic.* 2. Stantium *C. C.* 3. Patrui *C. C.* 4. In lingua *C. C.*

suis

ſuis annexuit heredibus, & coronulam principis [1] feretro Sancti Edwardi miſit, ipſamque Walliam in comitatus diviſit. Scotis novum regem throno regali vacante aſſignavit. Rebellante Johanne de Baliolo novo rege Scotiæ circa IIII. annum regni ſui Edwardus rex Angliæ in manu forti perſecutus eſt, & perluſtravit totam Scotiam ad ulteriores ejus terminos. Tandem rex Scotiæ ſe humillime ſubmiſit regi Angliæ, filium ſuum Edwardum obſidem pro ſe ponens. Tunc rex Edwardus in Angliam rediens, tranſivit per abbathiam de Scone, ubi ſublato lapide, quo reges Scottorum tempore coronationis ſuæ ſolebant uti pro trono, uſque Weſtmonaſterium tranſtulit illum jubens inde fieri celebrantium cathedram ſacerdotum. Et multi hiſtorici dicunt, quod erat cathedra Moyſi judicialis in deſerto Synay & per Ægyptios tranſlata in Hiſpaniam, & iterum in Hiberniam, & demum in Scotiam. Etiam Wallia caſtrum de Flynt, Rudlan, & in comitatu Ceſtriæ Regalis vallis; iterum in Wallia Conway, de Bello Mariſco ſive Beumaris, & Karnarvan fundavit aut ſumptuoſe reparavit. Iſte eciam rex apud Blankford in Vaſconia cum crucis ſignum ſuſcepit tunc anno Domini M. CC. LXXXVIII. omnes Judæos expulit de Vaſconia & [2] ab" omnibus terris ſuis quas habuit ſub dominio Franciæ. Tunc eodem vel anno ſequenti omnes Judæos ab Anglia etiam expulit datis exſpenſis ultra regnum, & propter hoc conceſſa eſt ſibi in Parliamento XV. pars bonorum, & fuit numerus Judæorum tunc expulſorum quindecim mille & LX. Hic, ut aſſerunt quidam, minori ætate Oxoniæ ſtuduit tempore illo quo Judæi tunc ibi commorantes feſto Aſcenſionis dominicæ crucem [3] portatilem de ligno ante ſolempnem fidelium proceſſionem in odium Crucifixi proſtrarunt, fregerunt, & calcarunt dicto domino Edwardo regis primogenito Oxoniæ commorante, & rege Henrico patre ſuo apud Woodſtok exiſtente. Unde Judæi areſtati & incarcerati ſunt, & adjudicati ſunt facere crucem ſumptuoſam de auro & argento, quæ uſque ho-

Fol. 164. b. Rex Edwardus primus fundavit caſtrum de Flynte in Wallia, etiam de Rudland in comitatu Ceſtriæ, & etiam de Conway, de Bello Mariſco, & Karumvan ſumptuoſe admodum & ſplendide. M.

Duæ cruces factæ per Judæos, quorum una ex auro, altera vero ex lapidibus. M.

1. Feretur Edwardi *C. C.* 2. *Deeſt C. C.* 3. Portalem *C. C.*

die in custodia Universitatis servatur, & aliam crucem lapidiam fecerunt ubi crux lignea erat prostrata de lapide, quæ ibi usque hodie erigitur. Et cancellarius ex officio per se vel per alium, ut dicitur, singulis festis dominicæ Ascensionis tempore processionis ibi solempnem faciet sermonem. Et in diebus quibus ibi fui ad scolas pars crucis de marmore factæ cecidit, in qua erat defixa tabula aurea [1] habens in ea scriptos hos versus [2] eisdem, ni fallor, verbis versilibus:

"Quis meus auctor erat? Judæi. Quomodo? Sumptu.
"Quis jussit? Regnans. Quo procurante? Magistris.
"[3] Cur? Cruce pro fracta ligni. Quo tempore? Festo
"[4] Ascensus domini. Quis erat locus? Hîc ubi sisto."

Vicus ab hinc tendens ad ecclesiam Omnium Sanctorum
Fol. 165. a. vocabatur Le Jury, id est, Vicus Judæorum. Iste etiam Edwardus primus rex eximius [5] Judæis in regno suo ut ab aliis noscerentur tabulare ad unius [6] palmæ ferrent longitudinem, signa ferrent in exterioribus [7] indumentis. Nec multum post, videlicet anno Domini M.CC.LXXXIX. omnes Judæos à regno imperpetuum exulavit. Iste rex
Vallus regalis. M. abbathiam [8] valli regalis in comitatu Cestriæ fundavit, & partem sanctæ crucis de [9] Neit in Wallia, secundum Trevet in Chronica sua, recepit anno Domini M.CC.LXXXIII. per quendam secretarium principis Walliæ sibi sponte allatam & datam. Et habet nomen Neoti, eo quod quidam sacerdos Neotus nomine antiquus de Terra Sancta eam in Walliam deportavit. Scribit tamen [10] Matthæus Parisiensis, quod anno domini M.CC.XVII. quidam heremita, vel anachorita, dixit regi Angliæ Ricardo in Terra Sancta, quod illa vice non caperet civitatem Sanctam Jerusalem, & contulit ipsi regi partem Sanctæ crucis quæ usque hodie habetur apud [11] Windzour, & Cros de Neit à vulgo [12] dicitur. Item, ut habetur in Cronica quæ intitulatur Fasciculus [13] Morum, circa

---

1. Hujus *pro* habens *in* C.C. 2. Eisdem, aut verbis verisimilibus C.C. 3. Cur? quia fregerunt crucem. Locus hic. Ubi? Festo C.C. 4. *Desunt* C.C. 5. *Ita hæc concipiuntur.* 6. Plane C.C. 7. Adjumentis C.C. 8. *Sic.* 9. Neia C.C. 10. Magister Parisiensis C.C. 11. Windsoriam C.C. 12. Dictum C.C. 13. *F.* Florum, *vel potius* Temporum.

hæc

hæc tempora Rhodus insula capitur de manibus Turchorum per dominos ordinis Sancti Johannis [1] Jerosolitani cum adjacentibus, & bellatum fuit per quadriennium. Item Judæi non reversuri expelluntur de Francia. Item ordo Templariorum distruitur. Hujus regis diebus obiit Sanctus Thomas de Cantilupo episcopus Herfordensis. Hujus etiam regis diebus anno Domini M. CC. LXXXI. rotunda tabula sumptuose, secundum Cronicam Osneye, tenebatur apud Warrwyk, catervatim illuc confluentibus de extraneis & indigenis copiosa multitudine.

Rhodus insula manibus Turcorum capitur. M.

Rex Edwardus secundus natus est apud Caiernarvan in Wallia. Erat [2] etiam ipse fundator Collegii regalis de Oriell, & fratrum Carmelitarum Oxoniæ extra muros, ac regiæ aulæ Cantebrigiæ, & fratrum prædicatorum de Langley juxta Sanctum Albanum. Suis etiam diebus ordo Templariorum extinctus est. Erat iste rex statura procerus, vultu præclarus & [3] amiabilis, sed in omnibus actibus suis fere infaustus. Habuit in uxorem Isabellam filiam regis Franciæ, quæ omnes fratres suos reges Franciæ supervixit. Et sic posteris ex ea natis titulus magnus ad coronam Franciæ crevit. Tandem iste rex à suis captus apud Kyllyngworth est incarceratus. quoque auctoritate Parliamenti missi sunt [4] certi nobiles, qui [5] omnium una voce fidem regi solitam resignarunt, & vice sua filium Edwardum in regem elegerunt. Postea remotus est ad alia loca incarcerandus. Tandem apud castrum de Berkley in comitatu Gloucestriæ à suis custodibus post multas vilipensiones & varia obprobria proditorie peremptus est. Et Gloucestriæ in ecclesia abbathiæ est honorifice sepultus. Et quia in tota perturbatione sua Deo placuit patientia inæstimabilis, igitur ibi gloriosis [6] choruscare miraculis suis proditoribus merito ob facinora sua justo Dei judicio multipliciter ad mortem punitis. quidam in Anglia, alii eorum in aliis regnis miserrime perierunt. Rex Edwardus

Rex Edwardus secundus fundavit collegium regale de Oriell, & Fratrum Carmelitarum Oxoniæ, & etiam aulam regiam Cantabrigiæ, & Fratrum Prædicatorum de Langley. M. Fol. 165. b.

---

1. Jerosolomitani *C. C.* 2. Autem *C. C.* 3. *Sic.* 4. Ceteri *C. C.* 5. Omnes *C. C.* 6. Choruscat *C. C.*

 tercius,

Rex Edwardus tertius quatriavit arma in scuto Franciæ & Angliæ primus regum Anglorum. Fundavit collegia Stephani apud Westmonasterium & Sancti Georgii pro militia apud Windsour, & etiam ampliavit castrum ejusdem sumptuose. Ampliavit denique Universitatem Oxoniæ multis privilegiis. M.

tercius, filius Edwardi secundi, jure paterno heres Angliæ, & jure matris heres Franciæ, primus regum Angliæ quarteriavit arma [1] Angliæ & Franciæ in uno scuto. Capellas sive Collegia Sancti Stephani Westmonasterii, & Sancti Georgii pro militia Gartorii apud Wyndelsowr fundavit, dictumque castrum sumptuose ampliavit. Universitatem Oxoniæ in multis privilegiavit. Johannem regem Franciæ & David regem Scotiæ bellis victos captivos tenuit. Novam monetam de grossis & semigrossis ordinavit. Villam de Calis obsedit & cepit. Hic raro prius visum in Anglia in hoc suo regno Angliæ ad statum ducatus diversos comites promovit, ut de comitatu Langcastriæ fecit ducatum. Ad alias dignitates quamplures magnates promovit. Post captionem regis Franciæ Johannis Anglici prius barbati & [2] capilli capitis tonsi [3] etiam ad tunicas & colobia & armillanses inceperunt, ubi togis & longis crinibus in capite & radere barbas, ac domini & generosi relictis ymaginibus equitum in sigillis imposuerunt arma sua parvis scutis. Hujus regis tempore anno Domini M. CCC. LXXIII. sacerdotes stipendiarii primo

Fol. 166. a. [4] talliati sunt ad solutiones regales, quod prius invisum erat. Hujus etiam regis diebus anno Domini M.CCC.LXVI. Thomas de Bello [5] Campo comes Warwici post triennalem moram guerræ inter paganos pro fide Christi cum magno honore rediit prospere in Angliam, ducens secum filium regis Lectoniæ, quem Londoniis levavit de sacro fonte, à suo proprio nomine eum Thomam appellans, & in brevi ipse juvenis linguam didicit Anglicanam. Et, secundum Vincentium in Speculo Doctrinali libro 11do. cap. XLIIII. omnes Orientis gentes in gutture verba & linguam collidunt sicut Hebræi & Siri; omnes vero mediterranei sermones in palato feriunt, ut Græci & Asiani; omnes vero occidentales verba in dentibus frangunt, ut Italici & Hispani. Rex Ricardus secundus, filius & heres principis Edwardi, filii & heredis regis

1. Anglorum *C. C.* 2. Capillis *C. C.* 3. Autem *C. C.* 4. Calcati *C. C.* 5. Capitulo *C. C.*

Edwardi

Edwardi tercii, avo suo ad coronam Angliæ successit. Tunc erat sub minore ætate. Erat is vultu amabilis, & [1] face & moribus femineus, actibus suis vecors & multum infortunatus, & Burdegaliæ fuit natus. Vecors erat & lepore timidior, hostes fugere quam fugare multum paratior. Carthusiensium Coventriæ domum fundavit. Magnam aulam Westmonasterii novum adaptans tectum sumptuose reparavit. Suo tempore erat una vice ingens & inauditus ventus, ac etiam enormis alia vice terræmotus. Sequebatur magna insurrectio Kentensium, qui crudelissime se habentes combusserunt Savey, gloriosum prius hospitium Johannis Ducis Langcastriæ. Et extrahentes à turri Londoniarum, non obstante in eadem regali præsentia, archiepiscopum Cantuariæ & dominum Sancti Johannis de Clerkynwell [2] Londoniarum ambos sine [3] judicio decapitaverunt. Diebus [4] etiam suis incepit detestabilis usus sotularium rostratorum cum ligaturis cathenarum de argento & quandoque de aurato ad genu ligatorum. Etiam mulieres nobiles tunc utebantur thiaris altis & cornutis cum togis caudatis & sellis vel sediliis lateralibus equorum, exemplo venerabilis Annæ reginæ, filiæ regis Bohemiæ, quæ hæc primum in regnum introduxit. Nam prius mulieres de omni statu equitabant ut viri tibiis super equos divaricatis. Ista autonomatice [5] longo ex post tempore *bona regina Anna* nuncupata est. Ad hujus reginæ instantias festum Sanctæ Annæ erat primo celebratum in Anglia. Hæc [6] nobilis quamdiu vixit semper laborabat pro pace inter regem & dominos, & multum bonum fecit discordes pacificando. Sed ipsa mortua, rex insano usus consilio suos dominos interfecit, quosdam pro imperpetuo bannivit, & inde demum sequebatur sua finalis destructio, & suorum Consiliariorum cum magna vindicta [7] ultimata dampnabilis mortificatio & [8] exheredatio. Duas habuit uxores, sed nullam prolem, & extunc corona devoluta est filio ducis Lancastriæ. Nam rex Ricardus cum totam Angliam tri-

Domus Carthusiensium. M.

Insurrectio Kentensium. M.

Vestes quibus utebantur mulieres nobiles. M.

Fol. 166. b.

---

1. *Lege (ut in C. C.)* facie. 2. London *C. C.* 3. Judicio legitimo decap. *C. C.* 4. Autem *C. C.* 5. Longe *C. C.* 6. Nobilis regina quamdiu *C. C.* 7. Ultianta *C. C.* 8. Exhereditatio *C. C.*

bus

bus personis ad firmam posuerat in Hiberniam transmeavit. Quo tempore obiit dux Lancastriæ Johannes & Gaunt. Ejus quoque filius dux Herfordiæ comesque Derbeiæ post patris mortem ipse tunc exul audita morte patris rediit in Angliam, paternam hereditatem petiturus. Applicuit apud Ravinspor, & tota borialis plaga cum eo surrexit. Rex Ricardus hæc audiens ab Hibernia rediit, & apud castrum de Neth in Westwallia suum fregit domicilium pro terrore adversariorum suorum, & tunc transtulit se in Northwalliam ad castrum de Flynt, ubi recepit eum, licet multum contra voluntatem suam, Henricus filius ducis Lancastriæ prædictus, & duxit [1] Londonias" & posuit in turri. Rex [2] tunc" Ricardus [3] contraire non ausus resignavit coronam, quasi pro non idoneo ad regimen convocato Parliamento. Hæc relaxatio plane ostensa est. Et trono regali vacante Henricus prædictus titulum suum ad coronam propalavit, nec erat præsens qui audebat contradicere, & sic ipse incontinenti ascendit thronum [4] regium. Rex [5] extunc" Henricus [6] quartus appellatus est. Tunc rex Ricardus amotus est de carcere in carcerem. Tandem apud Pontem fractum in carcere pro fame obiit, ut dicitur. Noluerunt mittere manum in unctum Domini, major sibi pœna fuit. Erat iste rex Henricus miles laudatissimus, Christianismo & Paganismo peroptime probatus. Circa initium regni sui apparuit stella comata, Rosa, secundum astronomos, dicta, de natura solis. Rotunda erat & miræ magnitudinis. Statim surrexit magna rebellione quidam Wallicus dictus Owen de Glendour, qui totam Angliam multum inquietavit. Regio exercitui nunquam obviare ausus in certis castris erat sæpius obsessus, castris ipsis captis inveniri non potuit. Dictum erat tunc commune quod lapidem habuit eum reddentem invisibilem, qui lapis, ut dicitur, quondam erat Ricardi comitis Arundelliæ per regem Ricardum crudeliter [7] decapitati. Comes Arundelliæ prædictus, ut asseritur, habuit corvum de majori eorum [8] genere autonomatice a Ravyn·

Johannes dux Lancastriæ. M.

Rayneispoure. M.

Rex nobilis Henericus quartus. M.

Fol. 167. 2.

1. *Deest C. C.* 2. *Deest C. C.* 3. Connire *C. C.* 4. Regni *C. C.* 5. *Deest C. C.* 6. Quartus sic nomine appellatus *C. C.* 7. Decapiti *C. C.* 8. Genere, scilicet a Ravyn *C. C.*

Qui

Qui corvus erat nutritus in curia sua, & dum quadam vice luderet ad scaccarium in quodam orto, dictus corvus vel spiritus in specie [1] corvina coram comite lapidem eructavit invisibilitatis habentem virtutem. Comes lapidem non [2] appreciavit contra consilium nobilium suorum, & cito post dictus comes manu potenti arestatus ad carceres deputatus finaliter decapitatus est. Tercio [3] eciam vel quarto anno regni hujus regis erat bellum Salopiæ inter dictum regem & Henricum Percy, filium & heredem comitis Northumbriæ; in quo rex victor extitit, ubi collegium certorum post capellanorum sub uno Gardiano pro animabus ibi interfectorum est fundatum. Iste etiam rex Sanctum Ricardum cognominatum [4] Scrope, de nobile sanguine ortum, Eboracensem archiepiscopum, cum aliis dominis juxta Eboracum decapitari jussit, & nunquam postea bene convaluit, ut dicebatur, alba lepra percussus est. Similiter & filius & heres suus futurus eadem, ut dicitur, infirmitate involutus est, miraculorumque varia multitudo declarabat dicti archiepiscopi gloriosa merita. Henricus quintus rex Angliæ magnificus, apud Munmoth natus, filius & heres regis Henrici quarti, [5] patri" successit, qui suo tempore militia nulli erat secundus. Ita militia & sapientia ubique se habuit, quod ore omnium merita perpetuæ laudis promeruit. Homagium in scriptis à rege Scotiæ cepit. Normanniam manu forti cepit. Filiam regis Franciæ Katerinam ut patris heredem desponsavit. Religiosa loca de Shene & Syon ipse fundavit. Hunc Carolus rex Franciæ ex assensu dominorum suorum in filium & heredem adoptavit, & proclamatur heres regis & ipso rege vivente Regens Franciæ. Hic ante regnum Angliæ adeptum Oxoniæ in collegio Reginæ studuit, cujus tunc camera erat supra portam in introitu dicti collegii, ubi erat sub tutela patrui sui venerabilis patris magistri Henrici Beauford tunc cancellarii Oxoniæ, postea [6] Lincol-

Tertio vel quarto anno hujus regni regis Henerici quarti fuit magnum bellum inter dominum regem & Henericum Percy, filium & heredem comitis Northumbriæ, Salopiæ. M.

Rex Henericus quintus Normaniam devicit, homagium à Scotis cepit. M. Fol. 167. b.

Katerina, filia & heres regis Franciæ, uxor Henerici quinti. Fundavit autem religiosa loca de Shene & Syon. M.

Henericus Bewford cancellarius Oxoniensis. M.

1. Corvia *C. C.* 2. Applicavit *C. C.* 3. Autem *C. C.* 4. Srope *MS.* 5. *Deest* *C. C.* 6. Lincolniæ *C. C.*

nienfis,

niensis, deinde [1] Wintoniensis episcopi, tandem [2] presbyteri cardinalis titulo Sancti Eusebii. Hanc deinde Universitatem, Oxoniam videlicet, ipse rex gloriosus semper in magno honore exinde habuit & favore & intime dilexit, & quos tunc virtuosos & nobiles scientia & moribus novit, ad summos postea honores promovit. Et dum ageret in extremis certos venerabiles viros nominavit qui ejus precibus & potius præcepto ad alta ascenderunt, & inter multos mihi ignotos nunc illorum duos nomino, magistrum Thomam Rodburn de collegio Mertonis Oxoniæ, & magistrum Johannem Carpenter de collegio regali de Oriell. Primus ad ecclesiam Menevensem sive Sancti David in Wallia, profundus erat astronomus. Secundus ad ecclesiam Wigornensem Doctor Sacræ Theologiæ, apud Westbury juxta Bristolliam sepultus, & post ibi humationem miraculis choruscans. Iste rex Henricus, si vixerat, proposuit in castro Oxoniæ nobile fundasse collegium, in quo septem scientiæ profunde laborarentur, & ad aliorum doctrinam habunde docerentur. Hanc ordinationem dum puer eram in scriptis Oxoniæ vidi, sed quia tunc eram minoris ætatis, quæ vidi non diu memoriter tenui. Idem etiam nobilis rex quadam vice Warrwicum veniens capellam de Gybclyff, alias Gyclyff, visitavit, ubi quondam ille totius militiæ jubar Guido comes de Warrwyk solitarie degebat ignotus uxori suæ, omnibus mundi divitiis & delectationibus ob Dei amorem relictis. Qui post duellum Wintoniæ cum gigante Danorum Collibrando devicto Angliam à servitute [3] Danica IIII°. Idus Julii [4] liberaverat, biennio in magna devotione ibi ex elemosyna uxoris vivens, & mundo tunc valefaciens, ad Deum migravit, ob cujus amorem ibi ipse rex Henricus si vixerat cantariam duorum capellanorum fundare proposuerat. Et ibi cum ab Universitate recessi mansionem elegi & continuavi per multos annos; quorum anno XLII^do^. hunc libellum ad laudem Dei, beatæ Mariæ, & omnium Sanctorum & complacentiam & proficuum regis regnique

Iste rex Henericus quintus, si vixerat, proposuerat ædificare collegium in castro Oxoniensi. M.

Fol. 168. a.

1. Wintoniæ *C. C.* 2. Sub presbyteris cardinalis *C. C.* 3. Danaïca *MS.* 4. Liberavit *C. C.*

compilavi.

compilavi. Iste etiam idem nobilis rex in capella Sancti Georgii militiæ Gartorii apud Wyndsour ymaginem massi argenti & deaurati in honore beatæ Virginis matris Christi fieri fecit. Rothomagi [1] etiam de novo ædificari fecit novum regale palatium. Et infra præcinctum de Kyllyngworth juxta Warrwyk fecit manerium delectabile Placentiæ de marisco, vulgariter dictum **Plesans in marys.** Hujus regis diebus dominus Sigismundus imperator Romanorum venit in Angliam, cum maximo honore à rege receptus, tandem ad militiam Gartorii receptus, offerens cor Sancti Georgii apud Windsour, gaudiflue ad propria rediit. Circa hæc [2] etiam" tempora propter guerram inter Angliam & Franciam scolares Angliæ, Normanniæ, [3] ac Andegaviæ, Pictaviæ, Aquitaniæ, Britaniæ, Vasconiæ, & alii subditi coronæ Angliæ, eo quod non possent pacifice & sine murmuratione Parisius quiete scolatizare, communi decreto recesserunt, & tunc ad Caidomum in Normannia venerunt, novam ibi facientes Universitatem, multique recesserunt ad Universitatem de Aungers, & sic ad alia loca eis placita. Circa eadem etiam tempora in Scotia duæ de novo inceperunt Universitates, ubi prius nulla erat. Una [4] earum apud Sanctum Andream ultra Scoticum mare situata est, & est nunc metropolis Scotiæ, vulgariter dicta **Andurtun**, quasi **Andrew's Town**. Altera situatur citra Scoticum mare apud civitatem Glasconensem sive de Glascu. Hujus regis, ut quidem ante paulo breviter præscripsi, Henrici quinti diebus Sigismundus, imperator Romanorum, qui ex hereditate erat rex Bohemiæ, venit in Angliam, solempniter receptus, portans secum patroni gentis Anglorum, Sancti videlicet Georgii, comitis & militis & sanctissimi martyris, preciosum cor, quod devote immolavit in collegio militum Gartorii dicti Sancti Georgii de Windsowr. Et eodem tempore per manus regias in unum ordinis dictæ nobilis militiæ solempniter est assumptus, juramentum ordinis prædicti accipiens & faciens cum omnibus aliis ad dictum honorabilem ordinem

Sigismundus imperator venit in Angliam. M.

Fol. 168. b.

---

1. Autem C. C. 2. *Deest* C. C. 3. Ac etiam Andegaviæ C. C. 4. Eodem C. C.

requisitis & perfecte adimpletis. Iste rex Henricus quintus obiit manu Dei in Francia apud Boyesvincent ultima die mensis Augusti anno Domini M. CCCC. XXII. relinquens post se heredem filium suum unigenitum apud Wyndsour, natum festo Sancti Nicholai ante patris sui obitum, infantem tunc non ætatis unius anni completi, paternum habentem nomen. Tunc dictus est rex Henricus sextus. Rex iste Henricus sextus ut crevit ætate crevit similiter & virtutibus, omni ætate discretionis capace Deo & beatæ virgini Mariæ devotissimus, sed mundo & mundanis operibus minime deditus, ea semper committens Concilio. Hic novum collegium Cantebrigiæ [1] & collegium de Eton juxta Wyndesour de novo [2] fundavit. Novum etiam collegium Oxoniæ intra muros, collegiumque regale de Oriell in [3] eadem certis possessionibus ampliavit. Bis coronatus fuit, semel Westmonasterii in regem Angliæ, & iterum Parisius in regem Franciæ. Bis sepultus, & iterum tercio creditur à pluribus sepeliendus. Suis etiam diebus fuit generale Concilium apud civitatem Basiliensem. Hujus etiam diebus fortuna Anglicis sinistrante tota Normannia, Britania, Pictavia, Andegavia, Aquitania, & Vasconia sive Gwasconia à potestate Anglorum in manus Francorum sive Gallicorum devolutæ sunt. Iste [4] etiam sanctissimus vir à regno turpiter fugatus post multam bellicis conflictibus sanguinis effusionem tandem captus & incarceratus est, plurimis annis pacifice omnia sufferens. Iterum thronum regium ascendens, non diu ita residens, sed iterum incarceratus demum martirio coronatus migravit ad Electorum Dei sempiternum consortium, miraculis mirabiliter choruscans, patientia vincens, & per hoc patientiam cunctis edocens. [5] Sibi successit rex Edwardus quartus, victoriosissimus princeps, Rothomagi natus. Cui fortuna vultu hilari arridens in cunctis actibus suis erat conductrix, & in adversis scuto suæ pro-

Rex nobilis Henericus sextus fundavit novum collegium Cantabrigiæ, quod vocatur collegium regale, & etiam addidit collegium de Windsour, & certis possessionibus ampliavit collegium novum intra muros, & regale collegium de Oriel. M.

Fol. 169. 2.

RexEdwardus quartus ampliavit ecclesiam collegiatam de Windsour. M.

1. Et quod vocatur collegium regale, ac etiam edidit collegium de Eton C. C. 2. Fundavit. Prædicta collegia, ac præterea novum collegium Oxoniæ C. C. 3. Eadem civitate certis C. C. 4. Autem C. C. 5. Huic C. C.

tectionis

tectionis eum defendit. Semper populus sibi favebat, juxta illud poëticum:

Mobile versatur semper cum principe vulgus.

Iste rex ædificiis & reparationibus summe [1] deditus ecclesiam collegiatam Gartorii de Wyndelzour sumptuose structura & personis ampliavit, possessionibus & libertatibus ac Sanctorum reliquiis, præcipue capite Sancti Georgi cum procuratione largissimarum indulgentiarum, uberrime ditavit. Turrim Londoniarum, castrum & maneria de Windzour, Notynghamiæ, Dover & Eltam cum multis aliis ad summam eorum perfectionem reparavit. Et Londonienses ejus hortatu muros dictæ civitatis de novo antiquis dirutis erigere fecit, artibus incolarum ad partes [2] murorum fiendas discrete limitatis, ut pannarii unam partem, merceri aliam partem, & sic de aliis artificibus. Esterlingi vero portam episcopalem, vulgariter dictam **Byshopsgate**, juxta fratres Augustinenses de antiquo in novum laudabiliter & sumptuose ad plenum perfecerunt. [3] Papali etiam auctoritate & hujus regis assensu incepit Dubliniæ in Hibernia nova Religiosorum Universitas. Et hujus etiam regis diebus Fratres observantiæ ordinis Minorum circa annum regni hujus regis XXI. in Angliam primo venerunt, locum regis benevolentia habentes pro tempore in cantaria cum capella Sanctæ Crucis de Grenwych super Thamiseam Londoniæ juxta le Blakheth. Huic dominus papa Sixtus illius nominis quartus misit gladium & caleptram regiæ dignitati congruentem. Suo etiam tempore Anglici ceperunt Berwicum in Scotia; sed non diu stetit in manibus Anglorum. Frater etiam regis Scottorum à fratre exul fugiens in Franciam ibi periculum timens fugit in Angliam, regio tuendus forti brachio, nomine Alexander dux Albaniæ, & homagium ac fidelitatem regi Angliæ fecit. Cui rex unde liberaliter honesteque viveret limitavit & contulit, & ad regem Scotiæ conquirendum cum potenti manu, ut rei veritas postea probavit, inaniter quasi misit. Rege Jacobo tamen invito

Castra maneria de Windsour & etiam de Nottingham, Dover, & Eltham reparavit. M.

Fol. 169. b.

Berwica capta ab Anglicis. M.

Alexander, dux Albaniæ, fecit homagium * Henerico quarto regi Angliæ. M.

---

1. Expensæ *pro* deditus *in C. C.* 2. Minorem *C. C.* 3. Populi autem *C. C.*
* *Sic, pro* Edwardo.

Anglici in reditu Berwicum ceperunt. Obiit iſte rex Edwardus quartus apud Weſtmonaſterium IX. die menſis Aprilis regni ſui XXIII. & apud Windſour in novo opere ſumptuoſo ſuæ ædificationis regaliter eſt tumulatus, ex oppoſito ſepulturæ regis Henrici ſexti, illuc poſt mortem dicti regis Edwardi ab abbatia de Chertſey tranſlati. Ubi nunc quieſcens ſibi ſemper amantibus, etiam olim ſuis adverſariis ita in anguſtiis modo ſubvenit, quod ſibi applicari poteſt, quod de Chriſto dictum fuerat, "Ecce "totus mundus poſt eum abiit." Hujus regis diebus elephas ductus eſt in Angliam, quem Londoniis vidi, & cito [1] receſſit. Regi Edwardo quarto ſucceſſit, parvo
Fol. 170. a. tamen, quod dolendum eſt, tempore, filius ſuus rex Edwardus quintus qui tempore [2] paterni obitus" apud Ludlow manſitabat adhuc, ubi puer [3] erat ætatis circiter XIII. annorum [4] & quaſi dimidii." Virtuoſe à virtuoſis erat nutritus, mirabilis ingenii, & in literatura pro tempore ſuo optime expeditus. Mortuo patre ſuo ad eum confluebant patris amatores. Et craſtino Sancti Georgii completo ſolempniter apud Ludlow ejuſdem Sancti martyris, ut more Anglorum ſolet, militum Gartorii ſolito ſervicio cum ſplendido convivio dictus juvenis rex removit ſe ab hinc verſus Londonias. Demum ſuperveniens valida manu apud Stony Stretford regis defuncti frater Ricardus dux Glouceſtriæ & ſua ordinatione protector Angliæ novum regem nepotem ſuum ut protector Angliæ in ſuum regimen cepit; aliis, videlicet Antonio comite de Rivers, fratre [5] ſeniori reginæ, novi regis avunculo, Ricardo Grey fratre regis ejuſdem ex [6] matre, Thoma Vaghan milite exoneratis, immo areſtatis, & in borialem plagam ad Pontem-fractum ad incarcerandum miſſis, & ibi in brevi poſt injuſte peremptis. Et ſic novus rex à fideliſſimis ſuis avulſus cum oſculis & amplexibus receptus ut innocens agnus in manus luporum cecidit. Ejus etiam præcipuus ad mores diligens ad Dei placitum tunc informator magiſter Johannes Alkok epiſcopus Wigornenſis ut ceteri amotus

1. Receſſit. Huic ſucceſſit parvo tamen *C. C.* 2. *Deſunt C. C.* 3. Eſſet *C. C.* 4. *Deſunt C. C.* 5. Senioris *C. C.* 6. Jure, Thoma *C. C.*

eſt,

est,[1] non tamen carcerali rigore gravatus. Quid plura? Novus rex [2] Lundoniæ ductus, à majore & concivibus honorifice, ut decuit, est receptus. Sub ejus nomine jura regni apud Westmonasterium & per totum regnum sunt modo solito observata. Moneta tunc facta sub ejus nomine est percussa & formata, & omnia regiæ dignitati pertinentia in suo nomine solito modo erant observata, Fol. 170, b. rege tunc temporis in palacio episcopi [3] Londoniensis toto tempore à primo adventu suo Londoniis commorante. Mater hujus regis regina Elizabeth, audita fratris & filii sui arestatione, à palatio regali [4] Westmonasterium fugit cum bonis suis in abbathiam sub securitate loci privilegiati tuenda, retinens cum ea filium suum tunc puerum Ricardum ducem Eboraci cum filiabus suis. Fugerunt [5] etiam ad alia loca filius reginæ ex altero marito Thomas Grey marchio de Dorset, Edwardus Grey patruus dicti marchionis, dominus de Insula sive de Lyle, & multi alii. Conspiratum est contra eos, quod ipsi contrivissent mortem ducis Protectoris Angliæ. Tunc dux Angliæ Protector novos fecit officiarios. Exonerato Eboracensi archiepiscopo ab officio cancellariatus, subrogavit, licet multum renitentem, magistrum Johannem Russell [6] Lincolniensem episcopum, prius custodem privati sigilli. Ad quod officium promotus est magister Johannes Gunthorp decanus Wellensis. Circa hos dies obiit rex Franciæ. Et regina Franciæ stetit, ut dicitur, [7] sine rege per XI. menses. In brevi post dominis prærecitatis apud Pontem-fractum omnium fere lamentatione innocentibus actu de eis positis crudeliter occisis, comes Northumbriæ eorum principalis judex progressus est versus [8] Londonias. Sed dominus comes de Rivers Antonius Woodvyle morte instante cilicio ad nudam carnem, ut diu ante usus fuerat, indutus est repertus. In tempore tamen incarcerationis apud Pontem-fractum edidit unum Balet in Anglicis, ut mihi monstratum est, quod subsequitur sub hiis verbis:

Dominus comes de Rivers, & etiam Antonius Woodvile. M.

1. Ne tum carc. *C. C.* 2. London *C. C.* 3. London *C. C.* 4. Westminsterium *C.C.* 5. Autem *C.C.* 6. Lincolniæ *C.C.* 7. Super regem *C.C.* 8. London *C. C.*

Sum=

Sumwhat musyng and more mornyng,
In remembring the unstydfastnes,
This world being of such whelyng,
Me contrarieng, what may I gesse?
Fol. 171. a. I fere dowtles remediles
Is now to sese my wofull chaunce.
Lo in this traunce, now in substance,
Such is my dawnce.
Wyllyng to dye me thynkys truly
Bowndyn am I, and that gretly,
To be content.
Seyng playnly that fortune doth wry
All contrary from myn entent.
My lyff was lent me to on intent,
Hytt is ny spent.
Welcome fortune.
But I ne went,
Thus to be shent.
But [1] sho hit ment,
Such is hur won.

Et sic comites prærecitati adjudicati sunt ad mortem tanquam rei & conjuratores mortis Ricardi ducis Gloucestriæ, tunc temporis Protectoris regni Angliæ. Et sic innocentes propter id quod non excogitaverunt à tortoribus suis pacifice inimicorum crudeli tormentatione [2] humilime se submiserunt. Comitis Antonii sacrum cilicium diu post coram ymagine beatissimæ virginis Mariæ apud fratres Carmelitas de Doncastre appensum est. Comite Northumbriæ, ut prædicitur, Londonias veniente, statim dux Gloucestriæ regni Protectoris titulum ad exheredationem domini sui regis Edwardi quinti [3] invenit, pro sua propria promotione non invenit sed potius finxit. Et in brevi dominum suum regem Edwardum quintum, actu regem, sed non coronatum cum fratre suo Ricardo à Westmonasterio sub promissione securitatis suscepto incarceravit, ita quod ex post paucissimis notum fuit qua morte martirizati sunt. Thronum regium tunc ascendit occisorum, quorum Protector in minori ætate fuisset

1. So C. C. 2. Humiliter C. C. 3. Invenit ad coronationem pro C. C.

ipse,

ipse, tyrannus rex[1] Ricardus, qui natus est apud Fodryng-hay in comitatu Northamptoniæ, biennio matris utero tentus, exiens cum dentibus & capillis ad humeros; natus festo undecim milium virginum. Cujus in nativitate Scorpio erat ascendens, quod signum est domus Martis. Et ut Scorpio vultu blandiens, cauda pungens, sic & ipse cunctis se ostendit. Dominum suum regem Edwardum quintum blandiendo cum amplexibus & osculis recepit, & infra circiter tres menses vel parum ultra cum fratre suo interfecit, & dominam Annam reginam suam filiam comitis Warrwici intoxicavit. [2] Matrem suam Annam venerabilem comitissam, illius nobilis dominii Dominam & justissimam heredem, durante vita sua incarceravit, quæ sibi maximi causa refugii confugerat. Et quod [3] in Dei & omnium [4] Anglicorum, immo omnium nationum ad quorum notitiam pervenit, detestabilissimum erat, ipsum sanctissimum virum regem Henricum sextum per alios, vel multis credentibus manu pocius propria interfecit. Et quia erat quædam prophetia, [5] quod post E. id est, post Edwardum quartum, G. regnaret, sub hoc ambiguo Georgius dux Clarenciæ, medius amborum [6] fratrum Edwardi & Ricardi regum, dux ob hoc Georgius peremptus est. Et alter G. scilicet Glouceſtriæ, usque prophetiam finiret præservatus. [7] Simili prophetia Humfridus, dux Glouceſtriæ, funditus peremptus dicebatur, nempe quod dux Glouceſtriæ ipsum interficeret, & totum completum est in isto misero rege Ricardo tercio prius Glouceſtriæ duce. Erat iste rex Ricardus in ædificiis laudandus, ut [8] Westmonasterii, Notinghamiæ, Warrwici, Eboraci, & apud Midlam, multisque aliis locis, ut ad oculum manifeste evidet. Hic Eboraco in ecclesia cathedrali nobilem cantariam centum capellanorum fundavit, & apud Midlam ultra Eboracum collegium fecit. Aliud [9] eciam Londoniis juxta Turrim apud Sanctam Mariam

Fol. 171. b.

Rex Ricardus tertius. M.

Rex Ricardus fundavit nobilem cantariam centum capellanorum Eboracæ, & etiam fecit collegium apud Midlam, & aliud apud London apud Sanctam Mariam de Berckynge, & ditavit collegium Cantebrigiæ Reginæ amplis possessionibus, M.

Fol. 172. a.

1. Ricardus tertius, qui *C. C.* 2. Magistram *C. C.* 3. *Ita hæc concipiuntur.* 4. Anglorum *C. C.* 5. Ut *C. C.* 6. Fratris *C. C.* 7. Scilicet Humfridus *C. C.* 8. Westminster *C. C.* 9. Autem London *C. C.*

de

de Berkyng fundavit, & collegium reginæ Cantebrigiæ quingentis marcis annui redditus indotavit. Pecunias sibi à communitatibus [1] Londoniarum, Gloucestriæ, Wigorniæ [2] sibi" oblatas respuit cum gratiarum actionibus, potius asserens eorum corda quam opes se velle habere. Parvæ staturæ erat, curtam habens faciem, inæquales humeros, dexter superior [3] sinisterque inferior. Dominum de Hastings cubicularium regis Edwardi quarti [4] sine judicio decollavit, archiepiscopum Eboracensem & episcopum Heliensem variis locis incarceravit, ad [5] hæc maxime [6] desudante Henrico duce Bukkynghamiæ. Dominus [7] etiam" de Stanley erat vulneratus, captus, & incarceratus, sed ipse in brevi regis gratiam recuperavit & libertatem. Tandem cum regina sua coronatus novos creavit dominos. Henricus dux Bukkynghamiæ factus est magnus camerarius & senescallus Angliæ. Johannes Haward dux Northfolchiæ, & Thomas filius suus & heres comes Surreiæ, & Willielmus dominus de Barkley comes Notynghamiæ & marescallus Angliæ, & dominus de Lovel camerarius regis. Rege Edwardo quinto incarcerato rex Ricardus tercius omnes gazas suas contulit Henrico duci Bukkynghamiæ, qui tunc [8] liberaturam dans de nodis Staffordensium gloriabatur, se tot de illis habere sicut prius habuit Ricardus Nevel comes Warrwici de baculis ramosis, id est, **raggid staves**. Multum tamen [9] numero" erant impares, & non diu quin crevit latens odium inter regem & ducem. Rex tunc à Londoniis removens [10] usque per Oxoniam & usque Wodstoke clamore populi deforestavit magnum circuitum patriæ, quem rex Edwardus IIII^tus^. frater suus contra conscientiam ad nocumentum patriæ [11] annexerat & forestæ de Whichwoode incorporaverat sub lege forestæ, & ab inde removit Gloucestriam. Ob nomen antiquum ducatus sui constituit ibi Majorem & vicecomites. Et post ad Wigorniam, deinde Warrwicum. Ubi à Wyndsour veniens obviavit sibi regina. Quo pervenerunt regi am-

Johanne [*sic*] Haward dux Norfolciæ. M. Willielmus Barkley comes Notinghamiæ. M.

Fol. 172. b.

---

1. Londoni *C.C.* 2. *Deest C.C.* 3. Quam inferior *C.C.* 4. Super *C.C.* 5. Hoc *C.C.* 6. Desidente *C.C.* 7. *Deest C.C.* 8. Liberatum *MS.* 9. *Deest C.C.* 10. Usque Bristolliam per Oxoniam *C.C.* 11. *Sic.*

bassiatores

baſſiatores regis Hiſpaniæ pro maritagio inter regis unigenitum & filiam regis Hiſpaniæ. Erant tunc [1] Warrici cum rege præſentes Wigornienſis, Coventrenſis, Lichfeldenſis, Dunelmenſis, & Aſaphenſis epiſcopi, dux Albaniæ frater regis Scotiæ, Edwardus comes Warrwici, Thomas comes Surreiæ ſeneſcallus domus regiæ, comes Huntingdon, Johannes comes Lincolniæ, & domini de Stanley, Dudley, Morley, Scrope, & Franciſcus dominus de Lovell camerarius regis, & Willielmus Huſſy capitalis juſticiarius Angliæ, & multi alii domini. Et præclaræ ſimili modo dominæ cum regina. Ab hinc poſt moram unius ebdomadæ removit ſe rex Coventriam, Leiceſtriam, Notinghamiam, & Pontem-fractum, ubi conſtituit majorem. Deinde vero venit Eboracum, ubi feſto nativitatis glorioſæ virginis Mariæ [2] filius ſuus & heres parvulus ætatis ſeptem annorum & parum ultra creavit in militem, promovitque ad principatum Walliæ, multaque alia magni valoris & honoris accumulans. Et in brevi poſt tantas lætitias facta eſt grandis conſpiratio contra regem & magna inſurrectio. Rex cum ſuis equitavit magno exercitu in auſtrum. Dux Bukynghamiæ captus ductus eſt regi ad Saliſburiam, & ibi decapitatus eſt. Fugerunt tunc quamplures domini à regno, & in brevi obiit princeps morte infauſta tempore paſchali. Et in menſe Auguſti proximo ſequente effoſſum eſt corpus regis Henrici ſexti, & uſque novam eccleſiam collegiatam caſtri de Wyndzour eſt tranſlatum, ibi honorifice receptum, & cum maxima ſolempnitate iterum tumulatum ad auſtralem partem ſummi altaris. Erat illud tunc ſacrum corpus valde odoriferum, non quidem ex ſpeciebus [3] appoſitis, cum per inimicos atque tortores ſuos erat ſepultum. Et pro magna parte erat tunc [4] incorruptum, capillis & crinibus ubique fixum, facie Fol. 173. 1. conſueta ſed parum depreſſa cum macilentiori aſpectu ſolito. Et ſtatim affluebant miracula regis ſanctitatem profitentia, ut in ſcriptis ibi [5] ſufficienter evidet. Non multo poſt principe, ut dicitur, mortuo, juvenis comes

1. Warwici *C. C.* 2. *Sic.* 3. Apponitis *C. C.* 4. Incorporatum *C. C.* 5. Evidenter evidet *C. C.*

Warrwici Edwardus, filius primogenitus Georgii ducis Clarenciæ, proclamatus est apparens Angliæ in curia regali, & in serviciis ad mensam & cameram post regem & reginam primo ei serviebatur. Postea sub [1] arta custodia [2] positus comes Lincolniensis ei [3] præferrebatur nomine Johannes [4] Pole, filius & heres Johannis Pole ducis Suffolchiæ. Tandem advesperante vita regis Ricardi multi clam ab eo se retraxerunt, qui adjuncti australibus exulibus adhæserunt Henrico comiti Richmundiæ ex fratre uterino nepoti regis Henrici sexti, qui in Wallia festo transfigurationis domini apud Mildford Havyn cum paucis comparative applicans multos habuit obvios. Tandem cum rege Ricardo & suo maximo exercitu VIII. die Assumptionis beatæ Mariæ anno Domini M. CCCC. LXXXV. congrediens, regem Ricardum in campo interfecit in confinibus comitatuum Warrwici & Leicestriæ. Iste rex Ricardus diebus suis ultra modum crudelis triennio & parum ultra ad instar Antechristi [5] regnaturi regnavit. Et sicut Antichristus [6] in futuro" in maxima sublimitate sua confundetur, sic & iste corona præsente cum thesauri copiosa multitudine subito in exercitu suo conglobato paucorum in comparatione tamen ferventi [7] armorum fulmine ut miser extinctus est. Attamen si ad ejus honorem veritatem dicam ut nobilis miles licet corpore parvus & viribus debilis ad ultimum anhelitum suum modo defensorio clarissime se habuit, sæpius se proditum clamans & dicens, **Treson, Treson, Treson**, & sic gustans quod aliis sæpius propinaverat miserrime vitam finivit, & finaliter apud fratres Minores Leicestriæ in choro est sepultus. Et quamvis paucos dies habuit, eos tamen sine suorum plangentium subditorum lamentatione terminavit. Et sic comes Richmundiæ in regem commutatus dictus est Henricus septimus. Qui statim duxit in uxorem præclaram dominam [8] Elizabeth, filiam & heredem regis Edwardi IIII. Erat iste rex ex triplici genere; ex parte Anglicus, ex Anna & nobilioribus progenitoribus Gallicus, ex loco nati-

Johannes Poole dux Suffolciæ. M.

Milford Haven M.

Fol. 173. b.

Henricus septimus M.

---

1. Arcta *C.C.* 2. Ponitus *C.C.* 3. *Sic.* 4. Poole *C.C.* 5. Regnantis *C.C.* 6. *Desunt C.C.* 7. Armorum invasorum fulmine *C.C.* 8. Elizabetham *C.C.*

vitatis

vitatis & avi progenie Wallicus. Angelicum habuit vultum, intuentium omnium ſemper provocans amorem. Qui & illius nominis ſeptimus licet ſit regum Angliæ, tamen dominorum Hiberniæ inter reges Angliæ illius nominis ſextum tenet locum. Nam nobilis rex Henricus primus nihil ſe intromiſit de Hibernia, ſed tunc quia in amoris ardore te intuens, ô [1] nobili rex, ſi tantam gratiam permiſſivam in oculis munificentiæ tuæ inveni, ſub tua ſpeciali licentia & favore alloquor. Tu certe, ô præclare rex Henrice, licet ſeptimus ſis Angliæ, ſolummodo tamen es niſi ſextus Hiberniæ. De quodam ſexto Hiberniæ multa vaticinia currunt ad maximum honorem ſonantia, & multa laude digna ſunt per quendam talem, Deus novit, fienda, ſecundum antiqua vaticinia non mediocria, ſed in ſuperlativo gradu maxima, & ad ſummum honorem cunctis futuro ſeculis memoranda. Tibi coronam Angliæ bene novimus Deus nunc donavit. Te noſtrum in regem accipimus, antiquioribus regibus à mundo ſublatis ad tuam nunc celſitudinem pervenimus. Quæ tibi in futuro ad Dei laudem ſunt conferenda nobis penitus ſunt ignota, ſed indubitanter in ſecreto & ſacro ſuo armariolo ſunt ad ejus placitum reſervata, & ad ſuum placitum in futuro propalanda pro certo de te optima erunt ut ſperamus quæ de Te adimpleri noſtra ætas ſemper avidiſſime optat. Tibi ſummus pontifex Jeſu Chriſti vicarius Innocentius papa octavus in bonum omen gladium, caleptram, & alia inſignia tuam futura in gloriam vaticinantia miſit. Te in utriuſque ſexus prole altiſſimus largiflue benedixit. Tuo nempe ex [2] femore prodiit modernus princeps Walliæ inclitus Arthurus filius tuus primogenitus & heres Angliæ Deo ordinante fu- Fol. 174. a.
turus, alterius Arthuri magni in futuro divina providentia probitatem ſuſcepturus.

[3] Finis Roſſei, ſive Rous"

Compared with, and truly corrected by, the Manuſcript in C.C. by Will. Maſon
Sam. Fleet.

---

1. Nobilis *C. C.* 2. Favore *C. C.* 3. *Ex C. C. adjecimus.*

NOTÆ.

PAG. 1. lin. 1. *Joannis Rossi*, &c.] Hujus Tituli Auctor fuit D. Thomas Cottonus, Baronettus, V. Magni D. Roberti Cottoni filius, ut è litteris colligo Viri Amicissimi Jacobi Sothebeii, Junioris.

P. 3. l. 22. *Contexerunt*] Lege, *contexuerunt*.

P. 20. l. 16. *Sæpedicto Bruto*] *Supradicto Bruto* in exemplari v. cl. Thomæ Alleni, quo usus est v. cl. Br. Twynus. Vide Apol. Antiq. Oxon. p. 114.

P. 21. l. 27. *Memre nominavit*] *Mempric nominavit* in exempl. Alleniano. V. Twyn. p. 118. *Ibid.* l. 28. *Ridohen*,] *Rydychen* in exemp. Allen. V. ibid.

P. 22. l. 8. *Bellisitum*,] Mox post hanc vocem *convenit* adjiciendum esse è Twyni disco Apologia, p. 118. Inde etiam paullo inferius *translatam* pro *translatum* reponendum esse colligo.

P. 23. l. 19. *Merlion*] *Mention* in exemplari Alleniano, teste Twyno Apol. p. 7.

P. 26. l. 7. *Appellata*] *Appellata est* in exempl. Allen. V. Twyn. p. 8.

P. 37. l. 9. *Quod est hominum cœtus* &c.] Lege ex Augustini de civ. Dei l. II. c. 21. *quod est hominum cœtus juris consensu & utilitatis communione sociatus.* Itaque frustra in margine Codicis nostri scriba conjecit pro *communis* reponendum esse *caussis*: licet aliquando hanc conjecturam & ipse probassem.

P. 67. l. 6. *Scolas puerorum grammaticales*,] Hinc colligimus explicationem quam adhibuimus in Notis ad vitam Ælfredi per Spelmannum [p. 178.] recte se habere, neque proinde Sigebertum Universitatem Cantabrigiensem fundasse.

P. 69. l. 25. *In Chronica Radulphi de Duceto*,] Multorum librorum auctor erat Radulphus de Duceto, sive de Diceto. Inter alios vidi fragmentum in pergamena libri Inquisitionem maneriorum beati Pauli Londini continentis. Et hujus etiam auctor erat Radulphus noster, tunc temporis Decanus Londinensis. Folio scriptus est. Mihi ostendit amicus charissimus, virtute sua spectabilis, Richardus Rawlinsonus, A.M. è Coll. D. Joannis Bapt. Oxon. Is vero acceperat à Viro perhumano Joanne Evelyno, Baronetto. Utinam reliqua Operis fragmenta comparari possent. Dicta Inquisitio facta erat anno vigesimo regni Henrici II. annoque primo Radulphi Decanatus. Ad summitatem fragmenti nostri manus recentior scripsit, *Domisday Radi de Diceto.*

P. 71. l. 23. *Didanus*] *Didacus* in exemplari Alleniano. V. Twyni

Twyni Apol. p. 166. *Ibid.* l. 27. *Sancta monialis*] *Sanctimonialis* in ex Allen. V. Twyn. ibid.

P. 76. l. 26. *Et Werferthum Wygorniensem* &c.] *Et Werefrithum Wygornensem antea præsulem Herefordensem, & Werenulfum Legeceftrensem viros literatos* in ex. Allen. Vide Twyn. p. 182. *Ibid.* l. 29. *Optabant erudierunt.*] *Optabat erudiebant* in ex. Allen. V. Twyn. loc. cit. *Ibid.* l. 31. *Bertini*] *Benedictini* in ex. Allen. V. Twyn. loc. cit.

P. 77. l. 1. *Univit*] *Accersivit* in ex Allen. V. Twyn. l. c. *Ibid.* l. 4. DCCCLXXIII.] DCCCLXXIIII. in ex. All. V. Twyn. l. c. *Ibid.* l. 5. *Neote*] *Neoto* in ex. Allen. V. Twyn. l. c. *Ibid.* l. 9. *Qui ad fidem conversi sunt, docuerunt*] Ita etiam in ex. Allen. teste Twyno, p. 125. non, ut apud Caium, *qui ad fidem Christi conversi docuerunt.* Ibid. l. 11. *Grekladiæ*] Ita etiam ex. Allen. non, ut apud Caium, *Crecladæ.* V. Twyn. p. 126. *Ibid.* l. 14. *Grekladensis*] Consentit C.C. favetque ex. Alleni, teste Twyno l. c. qui Caii *Crecladensium* improbat. *Ibid.* l. 14. *Ad Malmesburiam,*] Pro *ad* è suo exemplari *prima ad* legit Caius. Sed non adeo recte, ut ex exempl. Allen. demonstravit Twynus l. c. Neque adstipulatur C.C. Recte tamen è suo *translata est* adjecit Caius. Favent enim Twynus & C.C. *Ibid.* l. 15. *Aldelmus,*] *Adelinus* in Caii ex. *Ibid.* l. 16. *Propinqua*] *Propinquis* in Caii ex. *Ibid.* l. 17. *De regno Merciorum superius recitati*] (*Ut superius de regno Merciorum recitavi*) in parenthesi Caii exemplar. *Ibid.* l. 18. *Oxoniæ*] *Oxonia* Caii ex. *Ibid.* l. 19. *Suspencionem*] Recte, ut ex Alleni exemplari docuit Twynus, p. 127. Male igitur *susceptionem* Caius, quamvis adstipuletur C.C. *Ibid* l. 32. *Situata*] *Sita* in ex. Allen. V. Twyn. p. 182. Ibid. *Grammaticos*] *Grammaticorum* in ex. Allen. V. Twyn. loc. cit.

P. 78. l. 6. *Occidentali contiguam aulam pro*] *Occidentaliter contiguam aulam magnam pro* in ex. Allen. V. Twyn. loc. cit. *Ibid.* l. 9. *Præter hæc*] *Præter has* in ex. All. V. Twyn. l. c. *Ibid.* l. 10. *Aliæ*] Deest in ex. Allen. Et recte. V. Twyn. l. c. *Ib.* l. 13. *Feliciter*] Defuit in ex. All. teste Twyno, l. c. *Ib.* l. 14. *Optimatos*] *Optimates* in ex. All. eo modo quo & in C.C. fuisse ostendi. *Ib.* l. 21. *Diatim*] Deest in ex. All. Vide Twyn. l. c. *Ib.* l. 25. *Literatoriæ*] *Literariæ* in ex. All. V. Tw. l. c. *Ib.* l. 27. *Scolarium*] Defuit in ex. All. V. Tw. l. c. *Ib.* l. 30. *Rodburn*] *Rodban* in ex. All. V. Tw. l. c.

P. 79. l. 1. *Dictum*] Pro *ad dictum*, ut legebatur in ex. All. teste Twyno loc. cit. Et tamen sine præpositione exemplum habemus in Fragmento nostro Liviano, L. XXII. c. 18. Ibi enim, *Alisfæ mœnia, quasi palans perveniens*, (sic enim distinguendum) pro *ad Alisfæ mœnia, quasi palans, perveniens.* Vel inde quispiam conjiceret à consarcinatore recentiori fuisse fra-

gmentum,

gmentum, in quo etiam alia Livio minus congrua notavit cl. Dodwellus. *Ibid.* l. 9. *Abinde red. & ref. omnis ſcientia*] *Abunde rediit & refluxit omnibus ſcientia* in ex. All. V. Twyn. l. c. *Ib.* l. 11. *Antedictum, deinde*] Plena diſtinctio potius adhibenda, cum cl. Twyno l. c. ut ſit, *antedictum. Deinde.* *Ib.* l. 14. I^{c}XIII°.] Pro 903. ut apud Twynum l. c. *Ibid.* l. 15. LXXXVII°.] 88. in ex. All. V. Tw. l. c. Neque aliter in C.C. ut ad imum paginæ oſtendi. *Ib.* l. 16. *Quintum*] *Quartum* in ex. All. V. Tw. p. 193. recte. *Ibid.* l. 23. *Sed condidit*] *Sed & condidit* in ex. All. V. Tw. l. c.

P. 97. l. 22 *Michelmenſei*] L. *Michelneſſe.*

P. 101. l. 2. *Obſolüerant*] *Abſolverant* in fragmentis è Roſſi libro de Academiis. Vide Append. ad Lelandi Itin. Vol. IV. p. 157. Utraque lectio ferri poteſt, ut in §. 30. Epiſtolæ noſtræ ad calcem Vol. V. Lelandi Itin. excuſæ monſtravi. Non tamen ibi ſignificavi litteram *u* hac forma (V) nonnunquam conſpici in Actis Apoſtolorum quæ nuper edidi Græco-Latine litteris majuſculis è Codice quantivis pretii Laudiano. *Ib.* l. 4. *Anno Domini* 1133.] Ita etiam in Fragmentis è libro de Academiis. Haud ſecus quoque apud Woodium. *Ib.* l. 14. [*tempore*]] A ſcriba eſſe probant unci. At pro hac voce *in* legitur apud Twynum, p. 339. ex. exempl. Alleniano.

P. 169. l. 30. *Is principio* &c.] Hæc corrigenda ſunt ex ipſo Gyraldo, quem videſis de Expugn. Hib. l. I. c. 1.

P. 171. l. 16. *Rex cum ſibi*] Tὸ *cum* redundat, ut opinor.

P. 195. l. 25. *Ebraudi,*] *Ebrandi* al. Integrum quoddam epitaphium Richardi primi (in quo verſiculi iſti deſiderantur) nuper edidi è Codice MS. Brewſteriano, ad calcem Appendicis noſtræ ſecundæ ad Lelandi Coll. p. 406.

P. 196. l. 8. *Veri heredis*] Rectiſſime *veri heredis,* ſi ſucceſſio linealis accuratiſſime conſideretur. Sed ſucceſſit Joannes virtute teſtamenti ultimi Richardi; idque pro conſuetudine veteri, ne quid dicam de aliis rationibus, quas impræſentiarum in medium proferre neque vacat, neque eſt inſtituti noſtri. Adeas, ſi lubet, librum de jure hereditario re vera aureum & pereruditum, quemque refutare nequeunt adverſarii, ſermone vernaculo conſcriptum, & A. D. 1713. editum.

P. 208. l. 10. *Rodburn*] *Rodban* exempl. Alleni, teſte Twyno, Apol. p. 315. Videſis Godwin. de Præſ. p. 612. Auctor fuit Chronici. *Ib.* l. 19. *Profunde lab.* &c.] *Profunde elaborarentur, & aliorum doctrinæ abunde doc.* ex. All. Vide Tw. l. cit.

Ad ſphalmata quod attinet, quæ neque correximus, neque notavimus, illud ſcias velim, ea omnia (qualiacunque demum ſint) in Codice noſtro (quem fideliter exprimendum duxi) haberi MS. Id quod innui etiam in Præfatione. Tute ipſe proinde, Lector, de illis judices, neque adſcribas vel noſtræ negligentiæ, vel typographi oſcitantiæ.

INDEX.

INDEX.

captus

Tirel

FINIS.

JOANNIS LELANDI

ANTIQUARII

NÆNIA IN MORTEM

D. HENRICI DUDDELEGI

EQUITIS AURATI.

E Bibliotheca Publica Cantabrigiensi communicavit vir doctissimus THOMAS BAKERUS, S. T. B. Præfigitur, Joannis Balei de LELANDO Testimonium amplum & præclarum, hactenus ineditum.

Teſtimonium de LELANDO, è libro MS. de Scriptoribus ordinis Carmelitani penes cl. Bakerum cui titulus, *Anglorum Heliades, Opus ex variis Autoribus & eiſdem probis congeſtum, & in duos diviſum libros, Joanne Baleo Sudovolgo ad* JOANNEM LEYLANDUM *Autore.*

Doctiſſimo Viro, ſibique amiciſſimo JOANNI LEYLANDO Londinenſi Theologo, Rhetorique ſuaviſſimo, Joannes Baleus S. D. P.

QUO patriam gentem venuſtes, ſuaviſſime Leylande, & quo illuſtriorem oſtentes, nulli labori parcis, nihilque inexploratum relinquis, indomitos Herculeo ſudore ſuperans Thauros. A Platone enim Philoſophorum Principe doctus, tibi ſoli haud natum eſſe te credis, ſed & parentibus, & amicis, atque patriæ quæ dederit vitalis auræ primitias. Nihil enim æque humanum eſt, atque alteri prodeſſe. Bene geſta Majorum noſtrorum facinora, quæ vetuſtate collapſa deficere viſa ſunt, per te modo reviviſcunt, atque Immortalitati donantur: ut alter *Joſephus* aut *Philo*, Antiquitatum natalis ſoli cupidus, incognita quæque in lucem producis, tam oculatus atque *Argus* nihil poſt terga relinquens. Peculiariter certe noſtram Angliam tibi demereris, quam talibus illuſtras ornamentis, quæ ſola verum & immortale decus afferre poſſunt. Utinam omnibus æque cordi eſſet hoc certamen tam frugiferum, atque tibi. Plurimum vere gloriæ tum tibi tum univerſæ noſtræ nationi pariet Hiſtoria illa quam præ manibus habes, quam ſpero ad omnium utilitatem in brevi è tuis Officinis in publicum prodituram. Quales enim Rectores ſemper habuerimus, & qua juſtitia, qua fide, quo conſilio, qua conſtantia, qua prudentia, qua ſapientia, quibus moribus, quo Imperio in rebus agendis uſi ſemper fuerint, palam faciet. Nec interim ſilebit, quam ſanctos ſemper produxerimus Patres, quam doctos in quovis diſciplinarum genere Viros, quam eruditos ſcriptores & quam præclara ingenia. De Patriis, Civitatibus, Villis, Territoriis, Pagis, Caſtellis, Montibus, Paludibus, Campis, Nemoribus, Fluminibus, Ripis, Fontibus, Inſulis, Lapidibus, Metallis, lanis, Ædificiis, carminibus, Gymnaſiis, & id genus aliis, miranda ſatis indicabit. Jactat quæque Natio proprios Heroës, affertque in medium ſuos Theologos quiſque Conventiculus, ſola hæc nobiliſſima Regio hucuſque præ ceteris dormitavit, quod non ſolum ingemuiſti, ſed & plenum adhibuiſti remedium. De unoquoque Regni Angliæ ſodalitio ſanctiores Viros & peculiares Scriptores ſcire exoptas, ut nihil te prætereat quod ad Patriæ decorem efficiat. Quid mirum, ſi vir literatiſſimus ſui ſimilium gloriam voluerit propagari? Et quia nullus poterit etiam ſi Linceos habuerit oculos omnia proſpicere, mihi Provinciam injungis, ut *Carmelitarum* in Angliam ingreſſum, progreſſum, & tandem Illuſtrium Virorum Cathalogum tibi depingam.

pingam. Et quamvis innumeros longe me doctiores, & in rebus agendis dexteriores noveris, qui id muneris libentius obirent, tu tamen me hoc factitare voluisti, sive quod in hisce rebus idoneum dijudicaveris, sive (quod magis credo) amor meus seu potius reverentia & pietas qua te prosequor perbelle deceperit. Verum utcunque res sit, quod petis tribuam, quod quæris offeram, & comite gratia quod pulsas aperiam, pro viribus efficiens, ut quam ocyus te Auspice, te Autore, te Judice in lucem exeant. Justum est enim aliquid pro eo sentire, quem in Corde atque visceribus tam charum habeam. Amico namque tam Candido, tam pio Mæcenati favere sanum, obtemperare jocundum, recalcitrare delirum arbitror, quamvis seu sus *Minervam* te doceo. Quo nostram experiaris inscitiam facis, ut *Pigmæus* robustissimo *Sansoni* suppetias feram, Aquilamque volare doceam. Nugis nostris ut te onerem potius quam ornem cogis. Propterea si quid inconcinnum ineruditumque offenderis, hoc non solum meo imbecilli studio attribues, sed & tuæ licentiæ tam liberæ. Non enim heæ vires meæ tam vividæ sunt, ut hæc audeam, nisi tu addideris calcar. Quid igitur tuis par laudibus referemus? Cujus Vigiliæ ceterorum labores adeo superant, ut quanto illi ceteris præstiterunt, tanto tu ipsis præstantior judiceris. Qui tanquam lucidum Sydus hac nostra ætate enites, qui non solum tibi natus, immo ad communem omnium utilitatem nulli parcis sudori, quo tepentibus *Anglis* auxilio sis, atque in hunc usque diem ad id te reservatum à Deo credimus. Vivis ut & hos semper vivere facias, laboras ut & alii deinceps à labore quiescant. Carnalibus curis alienus, tuique quodammodo oblitus, honorem spernis, spernis & divitias, dum parvula Cella sæpius inclusus, aliis prodesse studueris assidue. Non possum non admirari in scribendo tum facilitatem, tum Sermonis elegantiam. Verborum enim pondere, sententiarumque gravitate, nulli, nec ipsi cedis *Ciceroni*. Taceo multiplicem literarum cognitionem, cum sciam te modestissimum hominem (quamvis verissima sint) graviter hæc ferre. Non enim plus te movent futiles Mundi gloriæ, quam lippum pictæ Tabulæ, aut aures Citharæ collecta sorde dolentes. Omnia tibi sordent, nisi quæ meram olent virtutem. Perge igitur charorum amantissime *Leylande*, & quo jam cœpisti, tu pede semper eas, ætatem studio felici sydere cœpto in *Nestoreos* protrahens annos incolumem. A Domino tibi creditum talentum, in terram fodere noli, nec lucernam modio supponas. Erit enim tui virtuosissimi laboris Dominus merces immortalis, atque pro temporalibus æterna recipies. Felix vale, & amore solito me semper prosequere, conatumque nostrum benigno suscipias animo, grato pectore, corde benivolo. Ex *Gippiswico* florentissimo *Sudovolgiæ* Pago, Anno post *Christum* natum MDXXXVI.

NÆNIA

NÆNIA

IN MORTEM

SPLENDIDISSIMI EQUITIS

HENRICI DUDDELEGI

Somarigani, Insulani, Verovicani.

JOANNE LELANDO

Antiquario Autore.

Excudebat Londini Joannes Mayler
Anno Dom. 1545.

DUddelêgus erat claris natalibus ortus,
Veroque Vicanæ splendida gemma domus.
Phosphorus ille nitens. Juvenem natura venustum
Et nive, purpureis pinxerat atque Rosis.
Corporis egregie proceri munere felix,
Castor & Hispano conspiciendus Equo.
Parva loquor. Virtus animi majora perennis
Postulat, & nullo quæ moritura die.
Excoluit doctas intento pectore Musas,
Sæpe Caballino flumine labra rigans.
Ingenio certe nullus felicior acri.
Ad cumulum accedit quodque modestus erat.
Lætus Evangelium Christi complexus in Ulnis
Exhibuit veræ Relligionis opus.

Bis duo lustra quidem vix dum compleverat ille
  Cum peteret Morinos Martia tela ferens.
Tempore quo cessit perfracta Bononia Regi
  Henrico, & collum subdidit acta jugo.
Hinc ubi Tutorem devictæ senserat urbis
  Esse patrem, reputans omnia tuta, suum:
Invida profluvio Juvenem Rhamnusia solvit,
  Unde repentinæ causa secuta necis.
Squallida tam magnam miserata Bononia cladem
  Tristia defossâ funera clausit humo.
At pietas mentem vel ad astra hinc transtulit almam,
  Vertice sublimem constituitque Poli.
Carmine si possunt quicquam præstare Camœnæ,
  Illius in terris nobile nomen erit.

FINIS.